


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

VI

ANTEMURALE




NON EXTINGUETUR

ROMAE 1960-61

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

VI

ANTEMURALE



NON EXTINGUETUR

ROMAE 1960-61

CUM SUBSIDIIS
ILLMI DNI IULIANI GODLEWSKI
et
FUNDATIONIS MEMORIAE
CAROLI DE BRZIE LANCKOROŃSKI
DICATAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
Via degli Scipioni, 284 - ROMA

EDITIONUM CURATORES:
VALERIANUS MEYSZTOWICZ
CAROLINA LANCKOROŃSKA
WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS

INDEX RERUM

I. FONTES

<i>Ioannis Pauli Campani S.I. relatio de itinere Moscovitico</i> ed. A. M. AMMANN S.I. cum Appendice Curatorum Editionis	Pag. 1
<i>Epistola Ioannis III Regis Poloniae ad Christinam Reginam Sueciae.</i> ed. V. MEYSZTOWICZ	» 87
<i>Un presunto proclama di Taddeo Kościuszko.</i> ed. S. PIEKUT	» 91

II. STUDIA

WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS — <i>La fondazione dell'Università di Leopoli alla luce dei documenti dell'Archivio Orsini di Roma</i>	» 99
WŁADYSŁAW KUJAWSKI — <i>Szkoły Pijarskie Komisji Edukacji Narodowej w Wieluniu (1774-1793)</i>	» 109
STANISŁAW PIEKUT — <i>Adamo Mickiewicz e i suoi legami con gli irredentisti italiani</i>	» 147
STANISŁAW BÓBR-TYLINGO — <i>L'attentat de Berezowski, le 6 juin 1867</i>	» 159
STANISŁAW BÓBR-TYLINGO — <i>Vive la Pologne, Monsieur!</i>	» 195

III. RELATIONES

Sessiones annorum XVI e XVII	» 201
--	-------

I
FONTES

IOANNIS PAULI CAMPANI S.I.

RELATIO DE ITINERE MOSCOVITICO

Quae hic sequitur expositio P.Io. Pauli Campani conservata est in « Bayrisches Staatsarchiv » Monachii, pars « Jesuiten » tom. 101, ff. 255-277. Fugit editorem ratio cur haec relatio in Archivo Provinciae Germaniae Superioris S.I. reposita fuerit, quod Archivum occasione suppressionis illius Societatis a. 1773 factae, coniunctum est documentis huius Archivi Status Bavari.

Scriptis hanc relationem P. Ioannes Paulus Campani (ca. 1546-1592). Natus est in civitate Regiensi in Aemilia (Reggio Emilia), Societatem ingressus est Romae a. 1563. Ab a. 1570 illum in Bohemia invenimus, ubi Pragae et in civitate Brunensi (Brno) officia maiora Societatis rexit, non sine magnis difficultatibus. A. 1581 ut socius secutus est P. Antonium Possevinum, quando hic munere Legati Apostolici ornatus, profectus est in Magnum Ducatum Moscoviae ad Ioannem IV, « Terribilem », ut sub auspiciis Papae Gregorii XIII, prout ipse Magnus Dux desideraverat, pacem faceret, personam agens mediatoris inter Regem Poloniae Stephanum Bathory et eundem Ducem Moscoviae.

Haec ipsa relatio non videtur scripta manu propria auctoris, sed ab eo diversis scriptoribus dictata est. Orta est ut ipse auctor dicit iussu Superioris Generalis S.I. qui tum erat P. Claudius Aquaviva, Neapolitanus.

Non solus P. Campanus de hac legatione relationem fecit; etiam ipse P. Possevinus simile opus praestitit. Utraque relatio diversas habet redactiones. Exstat in Instituto Historico Germanico Romae (« Fondo Minucci » tom. XXVII pag. 194 ssq.) exempla alius manuscripti haud mediocriter longioris, de itinere Moscovitico P. Campani, cuius partes a praeiacente diversas in fine huius editionis a curatoribus editionum « Antemurale » adiecta inveniuntur. Scriptura huius exemplaris sine dubio ad saeculum XVII pertinet.

De hoc ipso itinere Moscovitico exstat typis edita tractatio novissima, maxime partem religiosam spectans, quam scripsit P. Stanislaus Polčín S.I. sub titulo: Une tentative d'Union au XVI^me siècle. La mission religieuse du Père Antoine Possevin S.J. en Moscovie (1581-1582) in Orientalia Christiana Analecta 150, Romae 1957. Cuius libri auctor novit relationem P. Possevini, non autem illam P. Campani.

Valor huius relationis in eo maxime constare videtur, quod ipse socius P. Possevini, mediatoris a Summo Pontifice missi, inter Regem Poloniae et Moscoviae Principem, res ab eo gestas ac itineris eventus optime novit. Relationem suam in loco, in castris Regis Stephani Bathory, sub moeniis civitatis Plescoviae, immediate conscripsit. Hanc relationem rerum gestarum studiosis magnae utilitatis et etiam certi saporis, fore speramus.

In ipsam transcriptionem editionemque textus plurimis annotationibus locupletatam, solertiam et diligentiam non communem contulerunt Curatores editionum « Antemurale »; de quam re hic iterum gratissimam animam meam profiteri mihi cordi est.

A.M. AMMANN S.I.
Romae, die 14 Iunii 1961

255. Admodum R(evere)nde in Christo pater noster etc.
Pax Christi etc.

Quod non prius, R.P.T., scripserim quemadmodum in tuis ad me datis l(itte)ris mandaveras, fecere partim ipsius / itineris longissimi difficultates et incommoda, partim vary morbi, quibus frequenter ac fere perpetuo tentata est in / hoc toto itinere mea
5 corporis valetudo; quae, cum ante annum superiorem semper ita firma fuisset, ut in societate vix / unquam medicorum opera eguisse me gloriarer nunc demum tanta se morborum seges exeruit, ut una eademque nocte et / cholica passio et cordis p(re)-focatio et renum obstructio et faucium corrosio ac fere p(re)-
10 clusio, ossium denique ac nervorum debilitatio, cum lenta saepe febricula, me misere divexarunt ^{a)}. Ad hos autem tam varios ac multiplices morbos accessit / etiam in ipso Poloniae ingressu, cum prius collum quasi obriguisset, stupor quidam — paralysis initium dixere medici — ^{*)} / a dextro humero ad extremas
15 usque manus digitos protensus, qui omne mihi prorsus officium scribendi ademerat. / Quod quidem P. T. R. ideo dictum volui, ut hinc p(re)termisisti a me scribendi officii causam intelligeret. Et quamvis / ab illis morbis ne nunc quidem liber omnino sim — quae ratio etiam non minima fortasse fuit, cur mihi potius
20 quam al / teri huius in urbem profectionis, causa magni Moscoviae ducis, susceptae provincia demandaretur ^{b)} —, tamen cum / literas istuc mittendi hanc primam in castris ad Plescoviam nactus iam sim opportunitatem quam in reliqua Mo / scovia ad multos menses ob interclusa bellorum aestibus itinera, nancisci
25 minime potuissem, nec sper(ar)e ipse tam cito ut ipsi Veredary ^{c)} hoc tantum iter posse conficere, visum est faciendum, ut si non possem scribendo, saltem dictando / p(re)termisissimum officium resarcirem; deque nostra hac Moscovitica fere ter mille millium passum peregrinatione — tot enim / Moscovia distat ab
30 urbe — rationem redderem ea brevitate, quam tanta locorum longinquitas et variorum eventum mul / tiplicitas patietur; ut igitur inde initium suma(m), unde P. T. ultimum meum epistolium dederam cum octo dies integras / Pragrae rebus ad iter tantum necessariis expediendis insumpsissemus, tandem die XXa
35 May comitante nos An / drea Ferino viro pientissimo ac de religione catholica deque societate nostra bene undecunque meritissimo, quinq(ue) de / societate homines Praga discessimus.

Tertius nobiscum sacerdos Vienna ductus erat P. Stephanus Drenochius / Slavus et duo tyrones Bruna abducti: Bohemus unus Andreas Modestinus, insuper alter Michael Moria / nus, trium linguarum uterque sic satis periti. Non enim visum fuerat Summo Pontif(ic)i de sententia etiam summorum virorum /
5 ut Polonus aliquis, aut Lituanus, sive de societate nostra sive de alys — qui multi et maxime ad hoc idonei / non defuissent — nunc primo illuc mitteretur ne gliscentia verius efferventia obflagrans, nunc cum illa gente bel / lum, odia in ipsam quoque sedem apo-
10 stolicam derivarentur et quae ad pacem conciliandam mittebat, novas po / tius suspitiones simultatesque crearent, quae gloriae Christi amplificatio(n)em p(re)venirent ^{d)} adeoque interturbarent. Fuim(us) / itaque, ut dixi, quinque de soc(ieta)te homines, Silesiam versus Vratislaviamque regionis metropol[im] per-
15 venimus / in ipso sacro sancti Corporis Domini pervigilio, ac ne nostros ibi residentes omnium rerum adhuc inopes ut qui in a/lien(is) etiam aedibus sumerent cibum, onorarem(us) ad ipsius p(re)positi communis omnium societatis hominum, illac trans/euntium hospitis aedes, ipso etiam cogente divertimus. Ibi cum
20 ab ipso tum ab aliis canonicis fuimus per/humaniter habiti magnoque nostro solatio vidimus in ipsa publica Corporis Domini supplicatione, quae magnifice sane / ac more Romano — ut prorsus omnia in illa Ecclesia peraguntur — apparatus et deducta fuit — tota licet haeretica / sit illa civitas — et templum hominibus
25 refertum et concionem a nostris habitam frequentissimam; et populum per vias quibus procedebatur effusum si non venerabu(n)du(m), certe apertis capitibus nullum contemptus specimen /

255 v. edentem, ut bene sperandum sit, si non desint ^{e)}
30 qui dissipatum et incultum agrum illum excolere pergant, fore ut ex illa / nobili civitate boni aliqua(nd)o manipuli referantur. Non defuit et hic nobis r(everendissi)mi illius civitatis episcopi ^{f)} huma/nitas qui Nissae degens cum nescio quo pacto de nostro Vratislaviam adventu intellexisset peracta solenni / in illa
35 civitate supplicatione statim ipso sacro die curru conscenso diu noctuque currens Vratislaviam se/xaginta millibus passuum, hisque difficillimis ab inde distantem horis XXIII, advolavit dieque veneris post merid[iem] / ad hosp(it)ium nostrum nos furtim amplexans ut est omnibus facil(is) affabilisque, im

provisus advenit triduoque il/lo et saepe et diu pia sua desideria
aperiens, multaque bona promovere ^{g)} constituit. Ac inter cae-
tera sex al[um]/nos in morem pontificiorum in collegio Vien-
nensi pro sua Ecclesia se suo aere alturos promisit, p(re)ter am-
5 plum / quod ipse Nissae iam pridem alit seminarium inde ac-
cepto per hominem certum, nobis misso a serenissimo Polo[niael]
/ rege publicae fidei scripto, discessimus XXVIII May Varsza-
viam versus per Poloniam pergentes ^{h)}; ubicumque / poterat
libenter captabat adeundi templi occasionem, tu(m) quia, Deo
10 favente, nulla die sacra facere int[er] / mittebamus, tum ut hac
ratione pater ^{l)} parochos ecclesiarumque p(re)positos nomine
Pontificis Max(im)i confirmaret / et bonum aliquod incitaret
quos piis libellis donatos ab se dimittebat. Pervenimus Varsza-
viam / III iuny ubi, peractis apud Cistercienses sacris, serenissi-
15 mam reginam consalutavimus datisque illi literis / pontificiis
atque aliis quibusdam tractatis inde sub vesperam pertra(n)si-
ta ^{j)} Vistula ^{k)} discessimus, sequentique / die nostros charis-
simos Pulthovienses fra(tr)es amplexati sumus. Pulthoviae bene
refectas n(ost)rorum ^{l)} scholas inve[ni] / mus, nepoteque se-
20 reniss(im) i Poloniae regis ex fr(atr)e multaque ^{m)} alia ⁿ⁾ no-
bilitate ^{o)} ornatas ^{p)}. Is nepos Andreas nomine / voluit omni-
no nos convivio suo excip(er)e et oratorium suum ut pius est
concinne instructum ostendere. Multam / ibi nostrorum in nos
charitatem experti sumus, multam et ipsi consolationem de pe-
25 regrinorum aspectu coepisse ^{q)} se de[cla]/rabant ut sic fieret
partecipatio eius in id ipsum. Comitatusque est nos cum aliqui-
bus suis P. ille Stanislaus / Grodicius rector abeuntes 6 iuny ad
20 millia passuum, ubi nos in p(re)dio collegii excepit etiam
p(er)humanit[er] / aegreque tandem et cum sensu ab illis di-
30 vulsi properavimus in Lituaniam illud m(ih)i novum fuit ac
insolens per uni/versam fere Poloniam ac Lituaniam; quod cum
pro equis vastissima stabula ^{r)} passim inveniremus, pro homi-
nib[us] / vix ubi caput reclinarem reperiebamus ut nunc
m(ih)i in dolio quopiam vetere Diogenis exemplo, nunc in p(re)
35 sepi[o] iu/cundiore Servatoris nostri memoria, nunc in nuda,
qua(n)doque ^{s)} etiam in uda humo cubitandu(m) ^{t)} esset;
quae res nec p[a]/rum, opinor, morbos illos meos excivit et
sensim promovit. Memini in itinere illo quo(n)da(m) P. Pos-
sevinum nos secu(m) / in curru considentes ama(n)ter hortari
40 et ad tollerantiam animare cepisse ^{u)} — ut erat ipse incommo-

dorum itinerum que / secum ferunt huiusmodi satis expertus —
cui ego, ^{v)} cum perorasset: « Quid mi pater, inquit ^{w)}, quid nos
pudore suffu(n)dis; [ve]/himur curru, panis semper aliquid est
sytarchiis nostris sic satis induti sumus, parum est quod pati-
5 mur p[ro] / iis quae patres nostri pertulerunt ». Sed sane non ita
multo post tempus illud venit cum quo ^{x)} patris illa monita
specta[rent] / animadverti. Nam et ^{y)} si curru vehebamur — quo
in his vastissimis regionibus etiam villisimi quique vectari so-
lent ut vix / peditem invenias — peractis in die q(uing)uaginta
10 et 60 ^{z)} passum millibus non minus tota e(st) ^{aa)} forte dellas-
sati, certe co(n)cussi m[agis] / eramus quam si 20 millia pedi-
bus confecissemus ac si quid cocti edere ^{ab)} volebamus ibi, tum
primum querere ac e[me]/re ^{ac)} ab rusticis illud, deinde li-
gnatum aquatumque ire oportebat et ^{ad)} ante e nostris hunc et
15 illum nescio ubi iac(en)te(m) opprimebat so[mnus]

256. quam cibus ^{ae)} ille coqueretur, quin mirabantur
quidam quod lectis atque lecticis, stragul(is) ac pellibus, vino,
annona / que relliqua ^{af)} quae curribus plenis quisque secum
ferre in itineribus eiusmodi solet, careremus, Deo tamen bene
20 iuvante, abs/que his adminicul(is) vivi ad terminu(m) ^{ag)}
missionis nostrae pervenimus. Licuitque mihi atque tyronibus
his meis — qui olim fue/re omnes ii qui nobiscum sunt — sine ^{ah)}
facultate et in terra menses totos cubitare et comedere humi et
saepe a/quam raroque bonam bibere et pane qu(o)q(ue) care-
25 re ne dum aliis lautitiis. Venitque mihi in mentem aliquando
cogitare nusq(uam) fortasse / probationes meliores — iactis
t(ame)n prius domi humilitatis ac pietatis fundamentis — quam
in peregrinationibus ac mis/sionibus huiusmodi fieri posse in
quibus homines plus discant plusque anno dimidiato proficiant
30 et ad illam / non umbratilem ^{ai)}, sed genuinam patientiae vir-
tutem quae opus perfectum habet, assuescant quam biennio
toto vel plu/ribus etiam annis in lactea illa ac dulci tyrocinii
theoria. Sed ad rem. Pulthovia igitur digressi octo dierum spatio
/ Vilnam pervenimus XIII iuny ubi nostros in illa vinea egregie
35 sane ^{aj)} laborantes invenimus. Templum peramplum et q(u)od
/ caput est totius civitatis freq(uentissi)mum h(abe)nt frequen-
tes quoque ac celebres plurima nobilitate scholas, collegium
com/modum ac minime angustum et quod ego quidem maximi
feci typographiam in eo luculentam quae quantam olim dum

apud haereticos fuit pestem atque perniciem et bonis et Ecclesiae afferebat quanta(m)q(ue) etiam num ferret si ab/illis consideretur, t(a)m(en) nunc e(st) contra libris bonis, piis atque catholicis excudendis Ecclesiae catholicae inseruit. / Vidim(us)

5 ^{ak)} in eo collegio p(re)ter humilitatem, cum solida quadam spontaneaue devotione coniunctam, ingentem q(uo)q(ue) ^{al)} solertiam / in propriis cuiusque muniis obeundis, quam in nostris fr(atr)ibus coadiutoribus maxime miratus ^{am)} sum. Videres enim diebus / pro festis illos nunquam desidentes, cessantes

10 numquam, in festis vero quasi redimentes tempus in sacello domes/tico abditos ante sanctissimum Sacramentum quod ibi aservatur ita defixos ut divelli inde non posse viderentur atque ii non tyrunculi iuniores, sed viri veterani plerique erant; ut mihi plane referre viderentur ^{an)} / pium illum quodam nostrum

15 Laurentium Murarium Romae eiusque fr(atr)em architectum non contemnendum M. Ioannem Iusti/num et alios illis similes quosdam illud p(re)terea in patribus ac reliquis fr(atr)ibus me plurimum recreavit, quod tantu(m)/viderim diversarum nationum inter se charitatem animorumque coniunctionem, ut cum

20 pauci ibi sint ^{ao)} — ut unicum ^{ap)} hoc ex[e]/mpl(u)m in medium proferam — e remotiss(im)a ^{aq)} regione patres, et ia(m) ^{ar)} ipsum quondam nostrum P. Scarga(m) illius collegii rectorem / mihi ingenue atestantem audierim illos esse sua solatia ac totius collegii columnas; et reliquos quoque viderim ^{as)} in

25 congressionibus ac consessibus omnibus ad illos tanq(uam) ad suas ^{at)} delicias / accurrentes; ipsos porro, cum muneribus emineant, ita demisse se gerere ac omnibus se ita aequabiles, affabilesque p(re)/bere ac si in media Lituania nati et alti fuissent. quae quidem res ut est ad conciliandos sibi exterarum na/tionum

30 quibus cu(m) vivis animos pernecessaria; ita quid pot(est) esse iucundius? Quidve optabilius quam intellig(er)e te ab illis diligi et in oculis ^{au)} haberi ^{av)} quae omnia minutius persequor libentiusque / P. T. narro ut qui primus omnium a te vix dum creato Generali nostro ad hanc Moscoviticam missionem

35 remo/tissimam cum patre Possevino iussu Pontificis Max(im)i destinatus sum, ita de remotiss(im)is istis tuis fr(atr)ib(us) ac filiis ha(n)c / tibi primus consolationem primitiarum loco rependam, cum scia(m) vix aliunde de illo collegio pro sua modestia / talia t(ib)i que(m)qua(m) ^{aw)} scripturum. Transeo nunc

40 ad alia. Postridie adventus nostri regem serenissimum Stepaha-

num consaluta/vimus, occupatoque tum in consilio cum suis capi-
piendo et in luctu Christophori ^{ax)} principis Transilvaniae fra-
tris sui / catolicissimi iuxta ac pientissime defuncti in sequen-
tem diem sollemnissime parentare ^{ay)} parabat, l(itte)ras tantum
5 pon/tificias reddidit pater; cum quo deinde biduo post minutis-
sime de rebus omnibus ob quas mittebatur egit; qui p(er) / om-
nia non modo Sanctae Sedi Apostolicae obedientem et illius ob-
servantiss(imu)m, sed et societati quoque nostrae

256 v. benevolum se ac faventem exhibuit. Et cum P. Pos-
10 sevinus mandato P. T. patrem Simeonem Nicovium in Suetiam
miss[u]rus esset, ut inde pater alter Simon Vissocius — quae
societatis nostrae est in aegros fr(atr)es charitas et providen-
tia — ad / clementius suaeque egritudini congruentius caelum
evocaretur, effecit ut Rex non modo illi fidem publicam ac l(it-
15 te)ras com(m)e/endatitias ad illum regem daret; verum etiam
ut regem ipsum denuo amicis l(itte)ris incitaret ad illud p(er)-
ficiendum quod / ceperat circa catholicam religionem. Fuit ita-
que ille pater in Suetiam 22 iuny, cum l(itte)ris pontificiis ac
regiis / cumque libris catholicis ibi ^{az)} disseminandis; nec non
20 et aliis rebus nonnullis piis ad usum et solatium nostrorum. Ibi
mul/ti vary ac numerosi fetus expectati, tacite velut ovis incu-
bantium ^{ba)}. Librorum etiam bonorum tu(m) Germanicorum
/ tum Polonicorum professionum quoque fidei Arabicae in urbe
editarum, quarum bonum numerum inde secum ferebat / pater
25 pro Tartaris sementem Vilnae reliquit; unde aliquando, vel nos
vel posteri nostri fructum metent. Utinam ve/ro per omnes dioe-
ceses iam pridem factitatum fuisset aut ^{bb)} etiam num fieret
quod per hunc patrem et alios, san/ctissimus Gregorius Pontifex
Max. non max(im)o aere, maxima vero utilitate, per multas
30 orb(is) christiani ^{bc)} partes facit. / Exiguo enim aere episcopi
et p(re)lati hac ratione multas gregis sui animas de ipsorum
manibus requirendas / redimerent vel servarent. Certe alicubi in
his terris, non ita multos ante annos in defuncti cuiusdam / pro-
ceris codice dati et expensi, dep(re)hensum est illum quod hae-
35 reticus nimisque zelotipus esset — nomini ^{bd)} pru/dens parco —
30 millia aureorum num(m)uu(m) prodegisse in emendis libris
tu(m) catholicis tum haereticis, hos quidem / ut dispergeret il-
los vero ut disperderet, ac concremaret. Hanc ad rem cum finem
non faciat P. Possevinus / quoslibet cohortandi r(everendissi)-

- mu(m) Germanicum Malaspinam nuncium ^{be)} ap(osto)licum
^{bf)} gra. ap. et comitem Hieronymum / Rozdrazevium vix dum
designatum Cuiaviense(m) episcopum, Vilnae p(er) faciles in-
venit. Centum enim aureos iste [sta]l/tim sericeas cortinas ac
5 lodices ille ^{bg)} a suo sibi pare(n)te missos in usum emendorum
librorum bonorum qui dis/pergantur deinde divendendas desti-
navit; episcopus vero Vratislaviensis librorum hu(iusm)o(d)i
aliquot centena / suis Nissensibus p(re)l(at)is iussit excudi. Hic
etiam non tacebo auditas esse quorundam capite damnatorum
10 a P. Ste/phano nostro conf(essi)ones ^{bh)} qui alium non habuis-
set confessarium, factasque ab eo vinctis aliis adhortationes un-
de / et aliqui conversi sunt ab haeresi et cum quatuor ex illis,
ob causam venia et miseratione dignam, reos capi/tis factos de-
p(re)hendisset p(er) r(everendissi)mum Britonoriensem episco-
15 pum nuncium ap(ostoli)cum a rege illis vitae condonatio/nem
impetravit. His ita Vilnae p(er)actis cum ^{bi)} regi visum esset
opere p(re)tium, ut ipsum Disnam usque atque Polociam comi-
taremur ut ex reddito internuncii sui quem ante nostrum Vil-
nam adventum ad principem Moscoviae — id pe/tentibus illius
20 legatis pro tractanda pace ad se missis — in Moscovia(m) able-
garat, clarius pateret quid / patri nomine pontificio de pace se
interpellanti r(espo)ndendum esset, quidque de nostro in Mosco-
via(m) transitu statue(n)du(m) / commodissima visa e(st) ista
ocasio multa interim age(n)di cum rege, cum suis, cum exercitu.
25 Ergo Vilna unde rex cum / copiis suis triduo ^{bj)} ante discesse-
rat, nos cum illius cancellario sup(re)mo, totius exercitus impe-
ratore designato, die / 25 iuny [D]isnam profecti sumus ^{bk)}.
Accidit hoc patri omnino ad voluntatem, et negotio ad quod mit-
tebat(ur) / etiam commodissime; cum enim cancellarius ipse
30 Ioannes Zamoiski qui pene su(m)ma(m) belli huius gerit no-
bis / uteretur familiarissime, per illud iter novem dierum multa
sensim sunt explicata — ut et Vilnae apud rege(m) / quoque fue-
rat pater — quae suspitiosam ac invidiosam apud senatum Litua-
nicum reddere poterant, atque
35 257. adeo etiam reddiderant hanc missionem nostram,
ut omittam alia multa, quae in rem illius Regni publicam, cum
illo viro, mehercule, integerrimo pertractata sunt. Disnam
pervenimus 3^a iuly quo die eodem appulit e Gallicia re-
diens r(everendissi)m(us) Vil/nensis episcopus. Hic cum pater

rogatus fuisset, ut semel apud regem contionem Latinam haberet, sic p(re)stitit, ut in ea rex / lachrymas fund(er)e sit visus, ostendebat enim, qua ratione p(re)lia Domini exercituum p(re)-liaretur rex, si primum suae pietatis / exemplo — quod facit —

5 tum vero recta verbi divini p(re)dicatione exercitum suum e(x) variis nationibus, variis erroribus / imbutis conflatum ad catholicam religionem traducendum curaret, subactosque ac devictos populos ita statim in e/adem religione studeret institui ^{b1)} ut confecto bello et ii qui ex Moscovia nobiles viri detinentur in

10 vinculis bene / instituti, postquam vinculis corporis simul et errorum soluti in Moscoviam redeuntes et illi cum hostium tum errorum quoque/suorum victores effecti in Germaniam, Suetiam et Hungariam revertentes et Dei gl(ori)am et regis victoris pietatem / ubique p(re)dicarent. Quae res impulit regem ut deinde

15 l(itte)ris ad P. T. datis, aliquot Hungaricos concionatores / pro exercitu suo peteret, etsi enim miles ille fere Arrianus est aut Calvinista quemcumque t(ame)n sacerdotem concionantem sua lingua se libentissime audituros ipsi nostro P. Stephano Slavo testati sunt multi. Quod si Deus Opt(imus) / M(aximus) materiam bene agendi p(re)bebat ubique ^{bm)} nusquam aliquid pro eius divina gloria sufferendi ^{bn)} deerit ^{bo)} occasio / mihi ^{bp)} vero potissimum, qui cum primum nuncium de mea in Moscoviam profelctione l(itte)ris patris Possevini accepi, demiratus quid / ego infans et imbellis in Moscovia ag(er)e possem, illico

25 subiit animum illa cogitatio. Quid si non ad agendum, sed ad sufferendum vel patiendum aliquid pro divina glo(ri)a et divina patria mittere ^{bq)}? Quod cum ita prorsus e venerit / adeo me t(ame)n non paenitet facti, ut alios sex menses nesciam ubi fructuosius collocarim, multa enim vidimus, audivi/mus, multa

30 que ex his que passi sumus didicimus, quae universae nostrae proderunt vitae, ac forsitan etiam alienae. / Hospitium Disnae forte in ipso arcis propugnaculo nacti sumus, cum eo patre societatis nostrae co(mmunis) qui regi est a / concionibus sacris. Ea turris erat antiqua lignea tecto p(re)sertim male materiata, cum-

35 que per illos duodecim / diebus ibi fuimus sudum ^{br)} fere esset ac pluvium caelum ^{bs)} saepe comedentes, saepe etiam dormientes effusissima / pluvia lectum vel mensam mutare loco cogebat, nec t(ame)n aliquid sicci invenire poteramus, unde et pedore et stabuli / inferioris humiditate ad nos per rimas pavimenti latissimas exhalante ubique inclementia coeli — turris enim quoq(ue)

40

/ versa aperta prope modum nihil nos protegebat — tanta me
cholicae meae reliquarumque, quas dixi egretudinum / tormenta;
inter licet aenea tormenta propugnaculi illius super medium fae-
no iacentem invasere, ut ex eo tempore / deinceps gravius, quo ad
5 brachium dextrum p(re)sertim, semper habuerim. Sed haec pere-
gre ^{bt)} missa fac[im]us. Di/snae ac Polocy vidimus quam egre-
giam quoque in illo exercitu navet operam Pater ille Martinus
^{bu)} Laterna / regius concionator, de quo dixi, qui ubicum-
que hospicium nancisci contingit erecto sacello ^{bv)} / ad quoti-
10 diana sacra frequentissimum populum habet. Diebus vero festis
antequam regi Latinam faciat concionem / in suo, quod dixi,
privato sacello non paucioribus auditoribus Polonice etiam con-
cionatur, multosque hac ratione / traducit ad pietatem atque ad
catholicam religionem; paucis illis diebus quibus unam fuimus
15 quotidie il/lum confessiones audientem ^{bw)} vidi et in his regu-
lum unum Lituaniae — ducem vocant — cum uxore sua quem et
apud / regem ab illata vindicavit iniuria et cum Deo detestatis
haeresibus reduxit in gr(ati)am. Idem quoque cum rescis/sset
nobilem quondam Lituanum prius sub rege merentem omnique
20 militari sacramento obstrictum qui t(ame)n ad Moscum

257 v. transfugere fuerat meditatus, ad palum esse dam-
natum, cum vinctum invisens solatus est, et quia haereticus /
erat veritatem edocens illum haeresi detestata, cum famulo ea-
dem cathena vincto sacra communionem refe[cit] / qui postea per
25 l(itte)ras ab nescio quo haerethico ^{bx)} obiurgatus et ad vomitum
animatus, adeo non consensit / ut animosior factus et l(itte)ras
illas ipsi patri traderet et mistam haereticum ^{by)} conspuit
adeoque alacriter se com/parabat ad mortem, ut sibi hunc casum
— id p(er)mittente Dei misericordia — ad animae suae salutem
30 aeternam eve[nisse] / existimaret, quicquid demum de vita, no-
mine ac fortunis, quae momentanea sunt, esset futurum. Ne t(a-
me)n in illo saevo / gen(er)e mortis q(ua)n(do)q(ue) deficeret,
rogatus a nostris rex, ut liberaretur, capite eum plecti iussit, fa-
mulumque ut minus / reum domino suo coreo etiam pro ipso ro-
35 gante dimitti. Cumque Polocy ante duceretur ad mortem q(uam)
P. Laterna ill[uc] / Disna pervenisset, vocari t(ame)n iussit alium
de societate nostra sacerdotem qui sibi morituro assisteret, consta[n]tis/simeque mortem illam subiens caeteros ad catholicam
religionem fidemque regi observandam animabat; ante [tamen]

/ l(itte)ras scrib(er)e P. Martino voluit qua(m) obiret, quibus et se in ea fide catholica quam ipse edocuerat co[n]/stantissime mori testabatur et animam suam ac coniugem quoque viduam illi comendabat; atque haec Di/snae, ut alia plura causa brevitatis
5 omittam. Disna profecti XIII iulii ^{bz)} traiecto Devina fluvio via / perdificili in sylva recens exsecta, eodem t(ame)n die Polociam devenimus, et in arce apud nostros excepti / sumus hospicio, ubi etiam pridie Vilnen(sis) episcopus hospicium sibi delegerat. Huc rex e castris sesqui mi[lli]/ario italico dissitis, ad
10 audiendam concionem et sacrum ^{ca)} in sacellum nostrum bis venit, ultroque et cum patre et / cum Vilnen(si) rectore ^{cb)} ad se Vilna accersito serio egit de foundatione Polocens(is) collegii. Cumque mod(us) / illi propositus fuisset faciendi ex parte sua quicquid habebat in animo ut sic voto suo — quod omnino opta-
15 b[at] / antequam prodiret in aciem propter incertos bellorum eventus — satisfaceret, relicta t(ame)n societate ^{cc)} et p(ater-nita)ti v[estrae] / libertate sua acceptandi vel ^{cd)} respuendi ea, prout in rem suam fore ^{ce)} iudicaret, numquam conquievit bonus [rex] / quo ad rem p(er)fecisset. Quin etiam pro ^{cf)}
20 praese)ntibus ^{cg)} eorum qui ibi resident, tum circa victum et amictum, tum / circa sacra tecta necessitatibus mille statim florena numeravit non petitos; idque tanta cum a(nim)i alacri-
[tate] / ac si ad fervens bellum iam nulla egeret pecunia, nec ullam maioris momenti occupationem prae ma[ni]/bus haberet,
25 quam ut illud collegium primo quoque tempore fundaretur. Interea temporis cum reg[em] / pater de pace cum Mosco sancienda nomine Pontificis Max(im)i hortaretur; spemque bonam faceret rex in ea [re] / max(im)a se S(uae) S(anctita)tis cohortationum habiturum rationem. En ^{ch)} redeunt internuncii ex Moscovia, cum
30 literis illi[us] / principis prolixissimis ^{ci)} — 50 foliorum audivi fuisse, ac propter eam causam fortassis 12 dies tardius ac[ce]l/pto termino venerant — et ^{cj)} XVIII iuly inspectante me, regi et senatui sunt oblatae et legati auditi; [ve]/rum cum p(re)ter omnium spem et expectationem, qui pacem omnino conclusam ire
35 putabant longe inferior[is] / pacis condiciones adferret internuncius iste postremus; quam ipsimet legati attulerant antea, Rex iratus et conquestus hac sibi stropha ad bellum extrahendum impositum esse, illos postero die di[mi]/sit contestans illis se posthac nec ipsa Livonia tota fore contentum. Ita que re infesta /
40 abscessere legati cum tamen prius pater bis illos ^{ck)} convenisset — rege id summa cum

258. confidentia permittente, imo volente — deque pace
ista nomine pontificio prolixè egi/sset quo ipsi sollicitudinem
Sedis Ap(osto)licae ac Summi Pontificis pro sui principis quiete
ani/madvertentes, viam apud illum sternerent ^{cl)} faciliorem,
5 ad praecipuum cum illo religionis ne/gotium pertractandum. Il-
luxitque in hoc mirum in modum divinae providentiae disp(osi-
ti)o, cum / enim ante multa annorum lustra tentata fuisset
saepius a Sede Ap(osto)lica ista cum prin/cipe Moschorum trac-
tatio, semper antea a Lituaniis, nescio qua causa, impedita, atque
10 / adeo intercepta fuerat. Nunc fecit benignissimus Deus in illud
tempus hunc nostrum / adventum incidere cum utriusque parti
— pacem ut videre erat, sed cum sua cuique maio/re dignitate de-
sideranti ^{cm)} — esset et adventus acceptissimus et transitus in
Moschoviam / noster optabilissimus; nullus enim alterutri parti
15 tractandae ^{cn)} pacis cum dignitate sua reli/ctus fuerat locus,
cum, ut dixi, Moschus in postremis hisce l(itte)ris suis edixisset,
ut noster rex / nisi ^{co)} iis conditionibus quas illi proponebat ^{cp)}
acquiesceret, ad 50 annos nulli vicariae legatum, locum iri ^{ca)}
concessum speraret. Rex vero contra nec se posthac Livonia tota
20 conten/tum foro fuerat attestatus. Solus ergo restabat pater, qui
tum recte praesens aderat/et ad ^{cx)} huc missus fuerat; qui salva
utriusque dignitate nomine Pontifi/cis M(a)x(imi)i veluti com-
munis om(nium) chr(ist)ianorum patris, se tanquam seque-
strum inter hos prin/cipes interponeret et ad pacis consilia ca-
25 pianda utrumque sollicitaret. Hinc et legati / Moschi nos secum
libenter in Moscoviam adduxissent, ad quod semel atque inte-
rum pa/trem invitarunt, et Lituanicus ipse senatus, tum rei ip-
sius momentis, tum etiam regis / testimonio maiori erga nos
concepta fiducia grato nos eo animo proficisci videbant; / qua in
30 re egregie sane regis illius fides in Sedem Ap(osto)licam inque
nostram societatem e/nituit devotio. Bis enim pridie discessus sui
patrem solum ad se vocatum in tentorium diu / detinuit; suaque
consilia illi fidentissime aperuit et l(itte)ris co(m)mendatorys
ad praefectos / arcium ^{cs)} suarum datis et pristavo addito — id
35 nomen adiunctum ^{ct)} viae ducem s(ignif)icat / rerumque om-
(nium) necessariarum procuratorem — nos humanissime dimisit,
itemque cancella/rius eius et reliqui. Eodem etiam die ad maio-
rem gr(ati)am captandam, misit pater legatis / Moscoviticis
duos captivos praefectos arcis Vieliciensis, anno superiore vi cap-
40 tae, / quos in gratiam Summi Pontificis a rege impetratos ipse

ad principem Moschowiae do/no mittebat. His Polocy peractis animatisque nostris ibi residentibus, ad tuendum institutum vineamque illam — quod sane faciunt egregie — excolendam, bonoque animo pro / Christi amore ferendam tantisper illam solitudinem — duo enim tantum sunt sacerdotes / absque adiutore ullo — donec collegium efformetur, die sacro B. Magdalenae, sacris a / nobis peractis, ab reliquis percepta communione in viam nos dedimus, Horsam versus / comitati a Basilio nobili viro, voluntariorum militum — Cosactios vocant — ductore; / qui cum
10 esset fidei Ruthenicae, hoc est Graecae, ita cum quotidie catechisavit pater

258 v. in currum secum assumptum, ut Graecorum erroribus valediceret et catholicam religionem amplecteretur ^{cu}). Horsam pervenimus 26^o iuly, ubi regis haud dubie iussu (^{cv}) a
15 praefectis / arcis ad duo Germanica milliaria nobis processum est obviam cum equitibus ^{cw}) / et a palatino non longe ab arce excepti sumus et ^{cx}) ad hospitium usque sat honorificum / ab eo deducti; et ^{cy}) nos prope arcem transeuntes peditum copiae bombardarum explosio/ne suo more consalutarunt. Biduum ibi
20 substitimus calendisque augusti Boristene ar/cem illam preterfluente ^{cz}), comitantibus nos aliquantulum praefectis illis Dobrownam / quatuor tantum leucis ^{da}) inde distantem postremam regis Poloniae arcem Moscho conter/minam pervenimus. Postera die inde digressi dedit quidem nobis palatinus loci /
25 — paululum et ipse nos comitatus — quinque equites pro tutela illius periculosi transi/tus ad Moschowiae fines — cum 50 nobis Horsae promissi ^{db}) fuissent — sed qui et ipsi post / alterum miliare nos quoque destituerunt veriti — ut aiebant — ne in Moschorum ma/nus inciderent. Solo itaque nixi divino ^{dc}) p(re)sidio,
30 ne forte confideremus in filiis ho(minu)m in quibus / non est salus, sylvam perdifficilem securibus nobis viam parantes, saepe etiam currum / ipsum manibus trahentes et q(ua)n(do)q(ue) portantes penetravimus et ^{dd}) ad vesperam sub coelo / pluente in terra madida ^{de}) fixis tentoriolis, uno milliari ab ipsis Mo-
35 schowiae finibus / pernoctavimus; misimusque hominem qui ^{df}) lustraret, num ad fines ipsos iam Moschorum / pristavi et equites nos excepturi venissent; cumque nullum apparere relatum fuisset / summo mane ad fines ipsos ^{dg}) proreximus, ibique fixis tentoriis pedibus terram Mo/schowiae intran(tes) quae intermedio

ponte ligneo super rivulo strato disterminatur a di/tione Litw
nica ^{dh)} Deo gratiis actis, nos SS.mae Dei M. ad omne eius bene
placitum obtu/limus conversionem gentis illius in sacris sub ten
torio factis illi comedantes. / Mittitur interim unus e ^{di)} no
5 stris ^{dj)} Smolentium versus, ut arcis illius palatino significet
nos adesse fidemque pu/blicam et comitatum de more expectare.
Scripserat enim de his rebus omnibus / pater iam pridem Disna
ad magnum ducem Moschowiae atque ad ipsum palatinum / et
se ad 2 vel 3 augusti diem in finibus Moschowiae ad futurum ^{dk)}
10 s(ignif)icaverat. / Verum ^{dl)} vix iam ante duas horas di
scesserat interpres, cum equites duos ad nos / e Moschowia cur
rentes videmus, atque hi ^{dm)} erant qui fidem publicam magni
du/cis iuxta condictum et palatini l(itte)ras afferebant, prista
vosque Moschorum cum ^{dn)} / equitatu ^{do)} multo vel ad noc
15 tem vel certe summo mane sequentis diei nobis adfuturos / re
ferebant. Cum vero iam coelum nubilum ubique tenebras ob
duxisset en aud(iv)imus / bambardae ^{dp)} iactum e proxima
sylva, postea rugitum ursorum ^{dq)}, canum latratum / vulpium
que gannitum circumdare nos audimus; quas tamen voces a
20 praedonibus / qui in illis sylvis delitescunt confingi nobis p(ro)
certo dicebatur. Itaque paucissimi ut eramus

259. Deo nos commendantes oratione primum, vigilia
que deinde ac plurium ignium accen/sione securiumque in plu
res partes collisione, tanquam si ligna secare(n)tur, ut sic plu
25 res / esse videremur p(er)iculosam illam noctem illaesi et in
somnes, Deo protegente, transivimus. / Ubi dies illuxit sacrifi
care ^{dr)} coepimus omnes; dumque ultimum sacrum absolve
retur ecce / adsunt Moschorum equites ad 60 ^{ds)} cum Fedoro
Pochionkim pristavo, qui nos amice / salutantes et ad suam par
30 tem trans pontem ire rogantes ,nos panibus et mulso azimisq(ue)
^{dt)} / oleo frixis reficiunt. Progressi itaque cum illis, viam in
sylva sic satis difficilem habui/mus duobusque t(antu)m millia
ribus confectis in prato in media sylva reperto pernoctavi/mus;
ista enim sunt hospitia, hae cauponae harum ^{du)} regionum,
35 ubi pro equis pabulum herbidu(m) / inveniunt modicumque
aquae fluentis vel etiam stagnantis, ibi pernoctant, et ad cuban
dum / paucis e sylva ramusculis super caput erectis penula
capiti subiecta cubant in terra; / sobria coena et mantica quam
secum ferunt deprompta. Summo mane die Nivium ^{dv)} / celebri

inde in silentio digressi ob periculum vicinorum Kosakorum — ii sunt milites / voluntarii ^(dw) qui in finibus Lituaniae ita sub certo duce aggregantur, ut absque stipendio / ullo de hostium victitent praedis — factis in media via sacris sex illa die t(antu)m
5 confe/cimus milliaria viae etenim illae ut et sequentes per 50 intra Moschowiam millia/ria prae copia rivulorum fluminum-que decurentium palustres redditae intratae sunt / pontibus et rudi et in delata materia, qui ad frangendos tum currus, tum equos / ad concutiendos vero homines qui vehuntur apprime
10 sunt idonei. /

Die Transfigurationis Domini sacro, cum Smolentium appropinquassemus, ecce videmus / turmam equitum, aureis sericeisque vestibus ornatam — 300 circiter erant — nobis obviam / prodeuntem. Qui primum locum tenebat inter illos palatini Smo-
15 lengiani nepos ubi / ad patrem accessit qui paulo ante iussus ^(dx) fuerat, ascendere gradarium ^(dy) equum ipsi pa/ratum, primo eum salutatur nomine palatini, ipsum excusans quod illi ex arce non liceat / egredi, deinde interrogat de valetudine Gregory pape 13; tum petit ut sanus equi/tarit Antonius — ita
20 enim Moschi absque ullis titulis et epithetis nominant quemque quo/rum tamen in suo principe appellando nullus est finis. — /

Dato illi a patre responso medium illum acceptum, comitati sunt aliquantisper, ubi / ad Boristenem venimus alia ipsi via ^(dz) in civitatem iverunt, finxeruntque nos Boristene(m) / navi
25 traiecturos, quae cum currus nostri capax non esset, abductis a nobis interpreti/bus nostris aurigisque duobus, quos ut Lituanos et ideo suspectos per arcem pene/trare nolebant, nos in nostris curribus per arcem inducunt incipiuntque longe nos / tormen-tis maioribus salutare, postea ex arce ad hospitium usque pediti-
30 bus ad / unum milliare Italicum — vasta enim est civitas illa et lignea ut et pleraeque aliae

259 v. sed perrara — in via qua progrediendum nobis ^{ea)} erat utrinque dispositis — erant / autem ad mille ducenti — nos bombardarum suarum explosione et populus ubique effu/sus ne-
35 scio qua acclamatione excipiebat. Hospitium prorsus novum datum est nobis / et ^{eb)}, ut moris est, omni suppellectili carens etiam lecticis et scamnis, praeter ea ^{ec)} quae in hypocau/stis circum quaque sunt affixa pariete. Ereximus ibi statim sacellum, et dum paratur / a nostris coena — hactenus enim cibos non coc-

tos suppeditant, postea vero ipsi coxerunt / perpetuo — mittit
episcopus ad invitandum in crastinum nos in obiedma — ita enim
locutus est / qui venit — et quia carebamus interp(re)te — no-
stros enim quatuor Lituanos ad hospitium aliud / et civitatem du-
5 xerant quibus t(ame)n necessaria omnia praebebantur — existi-
matum est quod / invitaret ad mensam; addebat autem se iussum
a magno duce ut omnia sua et Ecclesiam / nobis ostenderet
quod forte princeps fecit, vel ut inde animum nostrum erga
religio/nem suam exploraret vel ut vices quoque nobis redderet
10 eorum que ^{ed)} Romae facta / sunt suo Severigeno, q(ui) ad
missam Summi Pontificis interesse permissus est; et per om-
nia / loca pia Romana et p(er) ^{ee)} Italiam a patre Posewino
ductus fuerat; de quibus omni/bus fertur testimonium adeo lu-
culentum reddidisse principi ^{ef)} suo in reditu simulque ita lau-
15 dasse urbis et Italiae cum pietatem tum magnificentiam cum
primis vero / Summi Pontificis munificentiam et sibi ostensam
humanitatem non modo Romae / sed in omnibus civitatibus ^{eg)}
pontificiae ditionis itemque aliorum Italiae principum / ac Ve-
netae Reip(ublicae) a quibus undique in gratiam Summi Pon-
20 tificis oppido quam honori/ficentissime ^{eh)} excipiebatur ac largi-
gis ^{ei)} muneribus ornabatur. Id totum, operante P. Po/ssevino,
qui illum deducebat ad conciliandos erga Sedem Apostolicam
gentis illius / animos, ut postea ^{ej)} quasi invidiam ea narratione
sibi conflasse perhibeatur; certe nos / adire vel alloqui permis-
25 sus est nunquam, de qua re se aliquoties cum patre per / ami-
cum purgavit. Acceptavit pater illam tractandi cum episcopo
praesertim non quae/sitam, sed oblatam sibi occasionem, sed ut
ex eventu postea colligere licuit; non / ad mensam nos, sed
invitabat ad missam — Rutenice enim na obiet est ad men/sam,
30 na obiedma vero est ad missam —. Mane igitur in sequenti dilu-
culo mittit ad / patrem episcopus ut veniat; et cum iterum nun-
tiat quia differebat, pater significat se iam / diu cum omnibus
suis esse vestitum pro celebranda missa; solum patrem expectari,
/ pater ut ceremoniam illam honeste diffugerat, renuntiat
35 ut ipse ^{ek)} incipiat se quoque prius / omnino celebrare velle, tum
deinde venire ut Ecclesiam et arcem videat. Facto / sacro veniunt
equi singuli pro unoquoque nostrum — non enim aliter ^{el)} nos
ire permittebant, ut cu/piissemus —. Pater qui sacra facienda et
aliis expediendis horam extraxerat / et quia milliaro italico
40 etiam distabamus a templo existimabat omnino fore

260. ut cum illuc veniremus omnia expedita essent in templo; sed re vera visi sunt / semper nos expectasse et tunc primum cum venimus in[c]ipisse. Pater et si [p]igeret ibi interesse ^{em}), quod sciret illos esse schismaticos nixus tamen et amplissi/mis facultatibus sibi a Summo Pontifice datis, et ipsi Pontificio mandato de scru/tandis minutissime omnibus illorum erroribus, ritibus ^{en}) atque moribus, ut medela ali/quando adhiberetur velut censor potius ac spectator, quam comprecator accessit. Non ^{eo}) erit abs re opinor hic pauca de sacris huius gentis ritibus commemorare. / Erat templum lapideum praealtum sic satis pulchrum intus forisque turritum; turres ferme sunt admodum templi S. Sophiae Constantinopoli, quadrangulis columnis/innitens ac ferme crucis in formam aedificatum; in dextro latere duo sacella ^{ep}) / cancellis ligneis munita habent; ibi chorus nullus, ut in nostris, sedilia nulla, organa nul/la. Pars crucis quae respondet ingressui templi clausa est, erecto pariete, relictis / duabus partibus, quarum una nunquam aperitur ^{eq}) nisi cum panis primo intus benedictus / cum supplicatione, foris ^{er}) effertur per aliam portam, ut inferatur per illam quae 20 d(icitu)r por/ta regis, quam nullus alius ingredi audet preter clerum tum temporis, qui etiam / solus intus manet, donec consecratus ^{es}) fiat et communio consumatur. Supra ig(tur)r / portas illas imo per totum illum parietem, in latitudinem templi protensum / fere omnia sunt sacris iconibus contacta; id quod 25 non modo est in illa cathe/drali, sed in omnibus per Moschowiam quantumvis parvis ecclesys ^{et}) omnesq(ue) / huiusmodi imagines in tabulis sunt minio ^{eu}) auro coloreq(ue) ^{ev}) depictae. In p(er)parva / ecclesia numeravi huiusmodi tabulas ultra ducentas, ordine tamen ac pro/portione quadam collocatas, ut quo 30 inferiores, eo etiam sint ^{ew}) minores. In his Christi / Passi multae, Deiparae cum infantulo, Ioannis Baptistae, Angelorum Ap(osto)lorum; celle/berimus est apud illos S. Nicolaus, Mirrae ^{ex}) episcopus, quod quaedam imago eius qua(m) / in civitate Mosaiski habent, multa ediderit edatque — ut dicunt — miracula, et 35 / ideo illius imagines quandoque honoreficientissime pingunt in media tabula forma / p(re)grandi habitu episcopali circum vero illam pingunt varias illas minore forma, in quibus tamen B.mae Virginis imaginem supra caput illius reponunt cum filio. Et quidam cum de ^{ey}) S. Nicolai veneratione mentio incidisset, sponte

quasi obiectio/nem diluens ^{ez)} sibi faciendam, negavit se et Ruthenos illum sanctum colere pro Deo, sed / ut sanctum Deo propinquum venerari. Respuunt profanas imagines omnes, quin et sa/cras illas quae vel nuditatem aliquam indecentem habeant
5 vel inscriptione / nominis Ruthenica careant, statuas etiam sculptas respuere dicuntur; leviter vero

260 v. caelatas admittere. Vidi tamen ego inter Staritiam et Pleskowiam in vestibulo coe/nobii cuiusdam sacellum perpulchrum cum imagine sculpta ligno, et mobili Divi / Nicolai
10 quae adeo in ^{fa)} veneratione erat ut et cruces aureas et nummos aureos / Ungaricos a devotis oblatos, e collo pendentes haberet, et Mosaiski illa ce/leberrima Divi Nicolai imago tot miraculis clara sculpta est in attitudinemque maximi h(omi)nis, tota denigrata prae vetustate quin et Vilnae in templis Ruthe/nicis
15 habentur ^{fb)}. Christi in cruce pendentis imagines sculptae non uno in lo/co et sculptam Christi effigiem (christ)allinae cruci affixam a Pontifice Maximo ma/gno duci dono missam, adeo non respuit, ut laudavit et dignum donum esse / testatus sit. Reliqua adornatum templi ^{fc)} spectantia, brevitatis causa / ommitto ^{fd)}. Ergo in templi medio dorso ad portam templi facie ad imagines / versa super sellam suam sedebat episcopus, uno gradu ligneo tapetibus coop(er)to ^{fe)} / a terra sublato, ministris duobus Dalmaticis indutis ^{ff)} hi(n)c ^{fg)} inde astantibus. Sacerdotes / vero ac ministri reliqui, duos choros quasi ^{fh)} formabant,
25 longa serie utrinque / protensa, sed perpetuo stabant nec enim aliquid erat ^{fi)}, cui vel tantillum inniti possunt. / Episcopus super monasticam suam vestem — semper enim e monachis sumuntur episcopi — / indutus erat linostina ^{fi)} Dalmatica ^{fk)} super quam pallium vel casulam, nescias enim / utrum illorum sit,
30 erat haec ex argento tecta, stola vero ex albo serico polito / cum nigris crucibus, subinde intermistis supra ipsam casulam, circumdabat col/lum et pene humerum sinistrum ad talos usque pendebat. Thiara Summi Ponti/ficis regno — quod vocant — non valde absimilis erat, paulo tamen maior, tota / unionibus gemmis intersertis contexta, cum quibusdam quasi cherubinorum / formis in ea ex margaritis eformatis. Pedum illius brevius est, quam episcoporum nostrorum, habetque baculi divi Antony — ut pingi consuevit — similitudinem / est autem argenteum alicubi auro, christallo et gemmis ornatum. Caput ge/stat per totum
40 abrasum, extremo dempto sincipite, unde longa coma ad hume-

ros / pendet, quod et alii sacerdotes observantiores faciunt. Barbam vero nec radunt / nec attondunt ^{f1)}. Qui primarii illi adstantabant Archymandritae ^{fm)} et Igumeni erant / — nos abbates prioresque dixerimus — super pelliceum ac pluviale — quod vocant —
5 / clausum undique habent ut manus et brachia non appareant, quibus omnibus sup(er)/positam cucullam eius coloris quem apud nos Carmelitae vix enim alio colore

261. utuntur hi monachi nisi siquid nigri aliquando habeant. Ministri inferioris gradus / super pelliceum ^{fn)} tantum
10 habent talare ex lino, cum fimbria serici po/liti circa collum, et ad marginem inferiorem; pueri simile habent quoque super pellicem / quorum duo inter cantandum — cantantur autem Ruthenice omnia — cum libris in ma/nibus concursant in medio spacio sibi invicem occursantes ^{fo)} modo ad unum, modo ad alterum
15 chorum actedentes ^{fp)}, et / in medio spatio sibi invicem occursantes, perpetuoque alta voce de libro legentes. / Musicos laicos ^{fq)} habent absque super pelliceis sed qui mea quidem sententia parum / concordent. Dum enim sacerdotes aliud, aliud musici, aliud pueri, aliud et populus, omnes alta voce tonoque
20 diverso concinunt, fit insuavis quaedam dissonan/tia, ut etiam qui eam linguam intelligant vix quid cantetur percipere queant. / Episcopus orationem dicturus surgens e sella sua, altero ministrorum mitram te/nente, altero baculum, ita demisse eam legit, ut cum fiat tum ab omnibus silen/tium, vix tamen audiatur;
25 populus utriusque sexus stat penes sacerdotes, qua(m)vis / mulieres perpauce appareant, nam nobiles perraro ad templum ire ^{fr)} permittuntur ^{fs)} / sexies vel octies summit(er) decies in anno. Virgines nunquam nisi qua die communicant / ante lucem, reliquae pauperes mulieres etsi ire possent, tamen vel non eu(n)t
30 quia la/borant, et victum sibi quaeritant, vel quia non es(se)t consuetudo, nec praeceptum/apud illos aut sacri audiendi, aut celebrandi festi ^{ft)}. Censentur enim festa esse spiritualibus et nobilibus facta. Pauperes autem cum quotidie comedere habeant / quotidie etiam laborare debere, ut victum sibi ac familiae parent, adeo ut etiam / Paschatis et Nativitatis Christi et dominicis et denique omnibus festis laborent / aut vehant, mercentur sicut aliis diebus, uno die festo Annuntiationis excepto. / Dum Kirie cantatur populus omnis tam qui est in Ecclesia ^{fu)}, quam qui humilitatis causa / se impuros arbitantes, stant p(rae)

foribus inclamant plus centies hospodar / pomilui hoc est domi-
ne miserere, perpetuo caput et humeros incurvantes / signoque
crucis se consignantes; tum vero episcopus thura adolet non /
summo altari — quod clausum intus manet, velut Sancta Sancto-
5 rum / in quo solum sacrum mysterium peragitur et soli intrant
sacerdotes et / clerici foribus clausis — sed iconi ^{f^v}) B.mae Virginis
quam exterius in parte

261 v. dextra habent ^{f^w}) multis muneribus voti causa obla-
tis, ornatam. Postea diacon(us) / ut apud nos ipsum episcopum
10 thure honorat, postremo reliquos sacerdotes primariis/quidem
ter cuique porrigendo, aliis vero semel caput semper inclinando
^{f^x}). / Templum ingredienti non consueverunt genua flecte-
re, sed crebris illis consignationibus capitisque et humerorum
depressionibus ad / vicies vel tricies Deum vel Sanctorum imagi-
15 nes honorant. Orationis mentalis / nulla notitia sed ne vocalis
multa, exceptis pauculis verbis conceptis et usita/tissimis, ut
sunt illa: Domine miserere, et his similia. Aquam lustralem, ut
nos non servant / ad templi fores, sed non omnino tamen non
utuntur, cum et egris pro unica medici/na illam adhibeant. Me-
20 dicis enim et pharmacis prorsus carent, excepto ma/gno princi-
pe, qui duos habet. Italum unum, quem videre non potui, et
Flandrum / alterum, quem allocutus sum. Et alicubi adventan-
tibus nobis obviam prodibant ^{f^y}) / monachi, quorum primarius
stolam ad collum pendentem habebat stan(n)eamque / in manu
25 scutellam cum aqua benedicta et fasciculo frondium pro asper-
gulo, / crucem super scutellam iacentem ad consignandum se
et ^{f^z}) alios, sed et eam aquam, / qua celebrans manus abluit sub
missa ^{g^a}) piacularem habent eamque in pelvi eadem / argentea,
qua lavarat episcopus ad medium templi, tangebant qui vole-
30 bant / summis digitis et ad oculos et pectus ponebant. Qui
interim ab episcopo ipso cruce / argentea ad frontem et utrum-
que tempus admota consignabantur et illi manum deo/scula-
bantur. Et quando de hac osculatione manus incidit mentio, non
abs re / fuerit referre quid nobis in eo sacro contigerit. Ergo cum
35 primum templum ingre/dimur, episcopus saepius se vertendo
— nos enim retro manebamus fere ante ipsam portam / specta-
bundi — moneri patrem fecit, ut ad osculandam sibi manum be-
nedictionemque de / more accipiendam veniret ^{g^b}). Quod pater
stomachatus,p(rim)o se non bene intellige/re ostendebat — ca-

rebamus enim interprete —; ad extremum vero cum quater ^{g^c}
vel / quinquies hac de re ad eum misisset, allegans quoque prin-
cipem magnum id / facere solitum esse, porro rogare se, ut quae-
so cito faceret antequam ad missam / cantandam ingrederetur
5 — aliquid enim aliud hactenus cecinerant —. Pater, ut melius /
potuit, per fratrem nostrum Andream Bochemsum, illi significa-
vit nos talem consuetudinem / non habere interturbandi ^{g^d} offi-
cia publica, sed peractis omnibus eum se libenter / salutaturum.
Quam ob rem animadvertens ^{g^e} pater se forte propter hunc pu-
10 blicum honorem, quem / expectabat episcopus sibi coram sua
plebe deferendum, ad illam ceremoniam esse invitatum et
expectatum,

262. cum omnino absoluta iri ^{g^f} omnia ad nostrum ad-
ventum existimasset. Cupiebat ^{g^g} / — quod t(ame)n sine offen-
15 diculo simplicis populi ne ad primum ingressum nostrum sta/tim
alienaretur a nobis fieri posset — inde se subducere; sed respon-
sum est neminem / nisi sacro absoluto citra offendiculum ^{g^h}
posse secedere. Proximum tamen sacellum / nobis apertum fuit,
quo episcopus officii quasi gr(ati)a sellam suae persimilem cum
20 sericeo pulvinari misit ad patrem, cum symbolum esset decan-
tatum, instituta / est hu(iusm)o(d)i suplicatio. E porta sinistra
claustris ^{gⁱ} illius, quo soli intrant sacerdo/tes et ministri, prodi-
bant acoliti duo cum cereis facibus accensis, deinde / sequeban-
tur duo cum clavis argenteis, postea ministri duo cum duobus
25 ca/licibus coopertis, deinde prodibant sacerdotes bini et bini por-
tantes antepedia altarium quatuor expansa satis p(re)-
ciosa ex auro et argento respersa / unionibus cum signis Passio-
nis Christi ad vivum satis expressis; sequebatur / deinde alius
panem sanctificandum in patina cooperta ^{g^j} supra caput ge-
30 stans / — panem autem illum ^{g^k} prius benedicant intus ante-
quam portetur ad con/secrandum confodien(tes) tum illum cul-
tro quadratum in summo frustulum / excipiunt in Corpus Domini
consecrandum, quam ceremoniam vocant iugula/tionem agni
paschalis in cuius locum successit incruentum sacrificium / no-
35 strum. —. Demum succedebat episcopus celebrans cum reliquis
s[acer]dotibus / ac ministris, qui omnes per portam illam
dextram — quae nunquam / alias aperitur vocaturque propterea
porta regis — intrabant in claustra / illa quasi in Sancta Sancto-
rum. Ad aspectum illarum, quas dixi, / imaginum, populus to-

tus ^{g1)} se crucibus cum inclinationibus solitis consignabat. / At
ubi panis ille benedictus paulo post consecrandus apparuit, illico
in / clamore ^{gm)} plerique: Domine miserere; et aliqui etiam ma-
nibus insummum / defixis aliquoties in signum adorationis so-
5 lum percutere fronte. Dep(re)h(en)di enim miserum popellum
et rudiores, quod omni careant instructione, credere / ibi esse
Corpus Christi ideoque adorare cum nondum sit consecratio
facta. / Ingressis omnibus in adita, ubi clam populo soli clausi
sacerdotes perfici/unt sacrificium custodiante fores interea ali-
10 quo ex ministri; clerici / interim sugestum unde Evangelium et
Epistola canitur; conscen/dentes concinunt respondentibus illis
^{gn)}, alternatim nunc musicis nunc populo

262 v. toto; ubi tempus lavandi manus advenit, id factu-
rus, ad portam clau/stri illius accessit episcopus et e pelvi eadem
15 deinde, ut dixi, sanctificabat se / populus; facta deinde intus
consecratione, et in calice mixto pane p(ro)dit con/secrans cum
calice, et foribus cum fragore aliquo apertis inclamat: cum / fide
et tremore Domini accedite, et tunc si quis est qui communicare
debeat, / communicat ex ipso calice porrigendo illi ^{go)} cochleare
20 panis et vini consecrati / et comixti et dicendo: Corpus et San-
guis Domini nostri Iesu Christi; posteaquam / perfecit intus
communionem, prodit iterum minister cum calice iam / vacuo
et in patena habet arma Passionis Domini et clamat: nunc et
semper / et in soecula soeculorum amen, quod signum est abso-
25 luti sacri. Postea vadit / ad mensulam in angulo et ibi purgat
calicem et reponit et consecrans in/terim sacrum absolvit. Per-
actis omnibus iisce prodiit episcopus cum diacono / gestante
panes illos, unde particula ad consecrandum desumpta fuerat in
pa/tinam eosque accitis monachis duobus pauperibus singulis
30 singulos obtulit. / Credo eam consuetudinem inde invectam, ut
sacrificio altaris sacrificium / eliimosinae copuletur. His sic actis
ad suam sellam conscendit. Episcopus ibique / se exiit vestibus
sacris usque ad suam monasticam vestem, quae tunica / est ta-
laris e panno an(te) quidem aperta sed quae longa serie globu-
35 lorum / sericorum utrinque caudatorum affibulatur; super illam
monachi gestant / patientiam, ut vocant, utrinque dependen-
tem palliolumque breve supra. Ipse vero e Damasceno serico ni-
gro pallium ex porrectis brachiis, ut solent praelati ^{gp)} / Ro-
mani ^{gq)}, induit super induitque cuculam e velo sericeo crispato

ac nigro confectam. / E colo pendet crux aurea semissem longa
baculumque ligneum pedo / similem gestat in manu. Quibus
peractis e sella descendens ad altare / conversus terque quater-
que se signans et inclinans ad nos, qui extra / templi portam
5 illum conspiciebamus ^{er)}, convertit gradum, populo quem ante
se habebat, nostrorum episcoporum ^{es)} more, dextra benedicens
cum ad / nos venisset, manum patri primum, postea aliis dedit,
tu(m) ait

263. Antoni, ut ^{et)} sanus equitasti? Ut valet Gregorius
10 papa? / Habetisne satis ad comedendum, hoc est, satisne vobis /
perspectum est de necessariis? Quibus linguis loquimini? / Haec
ferme ille quibus quantum intelligere et respondere per / fratrem
nostrum Bohemu(m) ^{eu)} et patrem Slavum licebat singulis / re-
spondebatur. Sed cum, ut dixi, destitueremur interprete ^{ev)},
15 cum / hora esset tarda et ultra meridiem ^{ew)}, cum coelum pluere
^{ex)} maio/rem semper pluviam portenderet, visus est innuere ^{ey)}
quod liberum esset / abire, idque percipere visi sumus illum
dixisse quod si colloqui ^{ez)} potuissemus / nos secum ad panem et
sal — quae regionis sui(ue) ^{ha)} est phrasis — / comedendum re-
20 tinuisset. Digressi igitur ab episcopo ad hospicium / ut prius com-
mitati venimus ad horam post meridiem primam et / impransi et
prandio non parato quod foris illud sumpturi puta/bamur. Illud
nobis novum et animadversione dignum visum est, / quod cum
tam honorifici essemus excepti ac etiam tractaremur do/mi ta-
25 men quasi vincti essemus a 12 ceu lictoribus custodiebamur, /
qui et ianuam domus et portas cuiusque cubiculi cum baculis ita
obsi/debant diu noctuque accenso in inpluvio ^{hb)} domus igne, ut
nec pedem / quisque nostrorum, nec famulorum, nec equorum
efferre extra do/mum posset ^{hc)}, sed et ferarios et artifices ^{hd)} ad
30 nos ducebant aquamque / ad potandos equos ferebant in do-
mum. Quod quidem non ibi / modo — quae civitas hoste finitima
est — sed et in omnibus aliis quo/que civitatibus cum externis
omnibus non modo legatis, sed et mer/catoribus ^{he)} et aliis qui-
buscumque exter(n)is huic genti e(st) proprium atque / pecu-
35 liare. Imo nulli exter(n)orum licet in ditionem hanc pedem in-
ferre, / nulli item indigenarum ex ipsa efferre non accepta prius
a magno / principe publica fide, qua sine, hoc ^{hf)} capitale est,
illud perpetuae addi/cit servituti. Smolensko discessimus die in
sequenti 8 augusti et / vix dum Italicum miliare p(ro)cessera-

mus cum nobis comites et inter —

263 v. pretes nostri Lituani laetabundi quasi vinculis resolu-
luti obviam veniunt, ac non / ita multo post novus quidem pri-
stavus a magno duce ex intimis aulicis / suis nomine Salesasnen
5 ^{hg)} Volokow, cum Polono interprete Iacobo Zborowski / cum aliis
equitibus XV nobis occurrit, qui ex equo descendens salutans /
ac solitas interrogationes p(re)mittens nomine magni ducis, re-
censitis titulis eius, ait se ab eo missum ut / omnia illa per iter
10 necessaria itemque familiae ac equis prospiceret; a quo et illud
acce/pimus nobis opinione breviorē restare viam, cum non
Moschoviae degeret princeps, / sed Staricie, quae civitas 60 Ger-
manicis milliariibus Moschovia distat. Itaque / iam cum utroque
pristavo et 70 circiter equitibus iter Stariciam versus / arripi-
15 mus ^{hh)} nunc magnis nunc parvis, p(ro)ut illis videbatur itine-
ribus; qua / in re, nullo iudicio, sed ^{hi)} potius consuetudine vel
impetu voluntat(is) ag(er)e vel / potius agi videntur, cum enim
difficilliora erant itinera et ob pontes iam dictos, / qui frequen-
tissimi sunt; et aliqu(ando) miliare Italicum unum vel alterum;
20 oblon/gi concussionis plenissima, cumque viae ^{hj)} lutosae ac pe-
rarduae, tunc plura no/bis conficienda erant milliaria, et obscuro
iam primum coelo subsistendum, cum in meridie / vix mediam hor-
ram consisteremus, cum vero planissima omnia, tunc vix 4 vel / 5
horas equitabamus in die et cum possent tectum subire vel obvii
25 monasterii / vel rusticae casae vel saltem in aestu vicinam arbo-
rum umbram subire proprium sequen/tes ingenium et asuetu-
dinem in mediis campis ad aestum et pluviam subsistebant;
ibique / cibos coquere penulamque pro mappa ad l(itte)ram
extendere nosque illuc ad se vocare fa/ciebant; quo ingenio ipso-
30 rum a patre pri(m)o triduo animadverso conquestus de ista vi-
ven/di barbarie; posthac ad arcas et casas divertebant. H(ab)et
et hoc ea gens ut plus / gravitate ducatur q(uam) blandiciis et
amore, unde si quando affab(i)l(ite)r cum eis agas tu(m) / in-
solescere irreverenter ^{hk)} agere, iocari insulse et off(iciu)m ne-
gligere, sin obiurges / extereas ac p(re)sertim si principe dela-
35 turum minares ibi tum se demittere / dep(re)carī culpam ve-
nerari ac ad exequenda omnia provolare. In eo itinere aliquot /
vidimus coenobia monachorum, quae ^{hl)} per universam Moscho-
viam sunt frequentissima; / ut occurrant quotidie aliqua quan-
doque duo vel tria. Primum fuit ad Bori/stenis traiectum ubi

quandoque monachus unus in sua cuculla nautae off(ici)o fun/-
gebatur. Illud etiam ^{hm)} ingressi perlustravimus omnia; ecclesio-
las / duas habebat; vestibulum ecclesiae — sunt enim omnes non
solo aequales, sed / ad primam contignationem erecte triclinium
5 erat, cum coquina ad latus / dextrum mensae, ut apud relligio-
sos nostros sunt strictae, oblongae et circum/quaque positae,
quibus ad parietem t(antu)m accumbitur. Ecclesiae omnes si-
ve / ligneae sive lapideae — quae perpaucae sunt — in modum
crucis edificatae sunt, / ut et Sanctissimae Trinitatis speciem
10 quandam corpoream re/ferant trifaria tectorum consensione
consurgunt ferreas cruces.

264. Semper in capite templi, ubi nos chorum et sum-
mam aram habere solemus, habent / ipsi adita sua clausa cum
altari parvo ^{hn)} quadrangulo ligneo, tela quappiam ad terram /
15 usque contacto. Interrogati an lapide sacro utantur, aut rem non
intelligentes aut sa/tis ita esse putantes ostenderunt sub ara
prope terram silicem impollitum / anserino ovo paulo maiorem
ibi ^{ho)} pro forma asservatum. Ad faciem altaris / habent, ut nos,
crucem vel iconem; altare ^{hp)} tamen ita ^{hq)} situm est, ut possit
20 ambiri; su/pra altare habent umbellam e simplici tela cerulea.
Ad icones aliquas praesertim / D. Virginis habent cereas cande-
las praegrandes et donaria varia voti causa / oblata. Item ad
Nicolai et aliquorum priorum Sanctorum quos habent
utri/usque sexus non paucos, et martyres et episcopos et mo-
25 nachos ^{hr)} / quos miraculis claruisse et usque ^{hs)} nunc clarere ^{ht)}
autumant. Cubicula habent per / aream magnam extensa et ab
invicem separata bina vel terna simul ad morem / Carthusia-
norum, sed sordida, fuliginosa ^{hu)}, obscura; absque lecto vel men-
sa vel cista / vel scamno, exceptis solis iis, que circa hypo-
30 caustum sunt affixa, quae illis serviunt / pro mensa, sedili, lec-
tica, cubili et omnibus aliis usibus hu(iusm)o(d)i. Interrogati
mona/chi quid orarent responder[u]nt illi: Domine Iesu Chri-
ste filii Dei vivi miserere no/bis — atque uti nos rosario sermo ad
B. Mariam certum nostrum salutantes ^{hv)} / ita ipsi praecarios glo-
35 bulos ad has preces certo numero iterandas habent —. Inter/ro-
gati quidam venerandi senes an essent sacerdotes, negarunt se es-
se et in toto / monistario ^{hw)} unicum dixerunt sacerdotem. Tanta
hos populos invasit ignorantia, / ut in ipsis etiam monestariis
^{hx)} vix invenias quos ^{hy)} legere ^{hz)} sciant, ac proinde non / pro-

moventur ad sacerdotium; unde fit ut qui sacerdotes in monasteriis sunt fere / fuerint saeculares poppi et quia mortua uxore^{1a)} non licet his amplius sacerdotio fun/gi nisi monachi fiant, propterea hi sunt qui monasteriis suppeditant sacerdotes; / alii-
5 qui^{1b)} in saeculari statu^{1c)} si non ducunt secundam^{1d)} uxorem in off(ici)o tantum diaconatus^{1e)} inserviunt; / quod^{1f)} si^{1g)} bigami fiunt cum ab ecclesiae^{1h)} ministerio repellantur, aut milites fiunt aut mercatores / aut denique e sacerdotibus laniones, quasi vero ab uxore pendeat sacerdotium seculare. / Hinc [e]st
10 quod/cum episcopis non liceat habere uxorem, sicut nec monachiis semper / e¹ⁱ⁾ monasteriis et non aliunde asumuntur episcopi, quibus etiam aequae illis / interdictus est carniū esus. Monachus tamen professus si literas novit^{1j)} non ar/cetur a sacerdotio, etiam si uxorem unam non habeat nec habuerit unquam, sicut
15 plane / arcetur secularis, quantumvis literatissimus, nisi vel habeat uxorem vel eadem / die^{1k)} qua ordinandus est aliquam partem ante^{1l)} desponset. Hinc videas facile discri/men^{1m)} inter coniugatos et non coniugatos sacerdotes monachos enim hic castissimos, puros / et optime videas carnis macerationi et devotioni addictissimos, itidem et episcopos / et archiepiscopos et metropolitans — si excipias¹ⁿ⁾ schisma^{1o)} — sancte et pie caste vivere et in^{1p)} / magna^{1q)} proinde apud suos populos veneratione haberi, et adeo illam suam pietatis

264 v. speciem collere, ut de propaganda christiana religionem etiam sint solliciti et mittant pios / monachos suo itidem modo Dei zelum habentes ad convertendas gentes et Christum / enunciandum^{1r)} iis qui non audie[r]unt, quorum aliqui vel a Tartaris^{1s)} vel Scytis occi/si in calendario pro sanctis martyribus habentur. At vero saeculares poppos coniugatos videas ita
30 divisos, ut, praeter illud modicum tempus quod in templo / consumunt, reliquam vitam transigant variis industriis, pecudum, mercium, [a.]tque / comertionum^{1t)}, questum facientes, quo et filias nuptui tradere et familiam alere / et coniuge(m)^{1u)} vestire^{1v)} et filiis queant thesaurizare. Eo coenobio relicto ad / alia
35 subinde appellabamus; sunt enim permulta, ut dixi, in Moscovia, / ita ut in una civitate Moschoviae dicantur esse 70; in Novogardia vero^{1w)} / magna, quae post devastata(m)^{1x)}, exhaustam a Tartaris prae co(m)pensibus^{1y)} anno 70 Moschoviae / civitatem longe maior esse dicitur, in illa 74 numerari cenobia perhi-

bentur, quanquam / ut postea ^{iz)} intellexi in istis numere(n)-
t(ur) ^{ja)}, 30 quae ad lacum Holmenium ^{jb)} — qui 40 millia/ribus
Italicis qua(m)quam versum late patet — cum per ^{jc)} eum navi-
garemus / in littore illo, ordine quodam ac pari fere intervallo
5 extractum vidimus, in qui/bus numerosus ^{jd)} etiam monachorum
coetus incolere d(icitu)r, ut in aliquibus 100, / 200 in quibusdam
ultra 300 inhabitent, 350 numerari; pro certo relatum / est no-
bis in uno S. Trinitatis monasterio, 60 millibus pasuum a Mo-
scho/via, quod celebre ^{je)} est corpore integro Sergii cuiusdam ^{jf)}
10 ante annos 100 illi/us coenobii Egumeni ^{kg)} seu praepositi, qui et
vitam sanctam duxisse et in vita / et post mortem et nunc ^{jb)}
usque admirandis prodigiis clarere creditur. Qua / re et magnus
dux nobis vix dimissis ^{jl)} illic se statim relligionis ^{jj)} / causa con-
tulit ut ad diem ibi esset illius Sancti ^{jk)} ut dicunt ^{jl)} solennem
15 XXV septemb(ris). / Nec sane difficile est tantam turbam alere;
tanta enim est parsimonia tan/ta victus frugalitas, ut u(n)de ^{jm)}
ali ^{jn)} 10 alibi possunt, inde facile — coetu(m) 30 circiter ^{jo)} / hic
— sustentari queant nam in fabricis parum impendunt, investi-
tum / per parum, panno enim rudi et vili vestiuntur, et cum
20 nulla ^{jp)} sit cultus / curae ^{jq)}, usque ad extremam attritionem/il-
las vestes gerunt; porro sale paneque / fere victitant et piscibus
quos ipsi capiunt, in lacubus vel fluminibus pe/nes quae vivunt.
Non emunt libros, non terunt papirum, calceos autem sub ^{jr)} /
soleis ^{js)} ferratos habent, aut e corticibus ^{jt)} arborum textos.
25 Quid ^{ju)} plura? Cum in ma/gna veneratione sint apud populos
fere eleemosine ^{ju)} illis erogatae ^{kw)} sumptus / hos superant, sed
me miseret valde illorum, quod cum ad pietatis speciem / ita
educuntur ^{lx)} nullam tamen institutionem habent; ignorantiam
summam illis / videas licet rerum omnium non sciunt ^{jz)} cuius
30 ordinis sunt, quam regulam profite/antur, sed inde nomen as-
sumunt unde illud dicitur templum quod apud se/habent. Dolen-
dum est enim quod si nihil mali faciunt, unde populum scan-
dali/zent, non etiam aliquid boni facere sciunt propter fidem in
Christum et externam ^{ka)} / illam vitae macerationem, unde vel
35 sublimi contemplationi vacare vel / honestae actioni incumbere
possint. Sed ne putes ignorantiam istam tantum / monachos
obsedissee rarissimos etiam ^{kb)} inter principes et nobiles invenies.

265. Nedum in plebe minuta, qui literas si q(ui)d vero
sciant, ut ^{kc)} plurimum legere et scribere / non enim scientiis
hic d(atu)r opera ulla, neque gymnasia ulla habentur. Audivi

quan(do)q(ue) ele/ctos a principe Wladicas ^{kd)} atque Metropo-
litas simplices monachos vel ob vitae probita/tem vel ob aliam
causam — eligit enim illos princeps consecrant vero episcopi
alii / 2 vel 3 —, qui vel a poppo vel a simplici laico l(itte)ras opus
5 habuerint edoceri. / Et cum l(itte)ras audis non Graecas non
Latinas putes, sed mere Rutenicas; non / enim arbitror in tota
Moschovia esse qui Graece norint vel qui Latine, si de/mus me-
dicos magni principis duos et interpreaetes Polonos totidem, nisi
forte / in ipsa civitate Moschoviae ^{ke)} inter Luteranos illos mer-
10 catores — qui / ibi iam ante aliquot annos fixerunt sedem ^{kf)} —.
Sunt ^{kg)} Germani ferme omnes quique Ecclesias / duas se Romanae
fidei esse mentientes ^{kh)} impetraverant, quas ^{kl)} tamen ante bien-
nium ^{kj)} igne suscendit / magnus dux cum videret Ruthenos et
Moschos ab illis posse perverti et secreta / illis indixit omnia
15 exercitia suae relig(ion)is; aliqui mistae sint, vel alii qui Latine
ali/quid norint ^{kk)}. D(icitu)r tamen princeps unum ex his
quos ^{kl)} quothannis mitti ^{km)} Constantinopolim / patriarcha
ad exigendam 500 ducatorum elemosinam, quam donat illi ma/-
gnus dux Moschoviae retinuisse, ut ^{kn)} duos adolescentes edo-
20 ceat literas / graecas, quo possint aliquando in off(ici)o inter-
praetum inservire. Cum instituerem / quemque sermonem ^{ko)}
cum primoribus quibusdam magni huius principis aulicis de / re-
bus ^{kp)} piis deque sententiis ^{kq)} Sacrae Scripturae, illi, ut essent
gemmis auroque / circumdati, ingenue tamen dicebant nos lege-
25 re nescimus ^{kr)}, sed magnus dux ^{ks)} noster / omnia ^{kt)} scit. Mos
enim est iste frequens apud illos ut cum aliquid dicitur sublimius
quam / ut ipsi capere possint, vel cum aliquid extenditur pul-
chri vel mos aliquis inge/nuus exterrarum gentium, refertur sta-
tim tanquam probe omnia intelligenrent ad / magnum ^{ku)} suum
30 principem provocent et contemptim ^{kv)} dicant: at tamen maxi-
mus / dux noster haec omnia scit ac multo plura homini habet,
superat omnia / ista ut et aliquando vox illa magnifica quidem,
sed parum pia, audita dicitur: / Deus et Maximus dux noster om-
nia sciunt; mirum enim dictu est quantum honoris / quantum-
35 que obsequii deferant huic principi suo Mosci omnes et primo-
res / si enim aliquid bene praecari velint, si quid aseverare. Ita
sit longevus / magnus dominus noster, aiunt, vel ita Deus for-
tunet bene magnum principem / nostrum et liberos eius. Et si
dicas: habesne unde ^{kw)} comode te sustententes, respondent: /
40 gr(ati)a magni du(ci)s habeo tot villas, habeo tot aureas vestes,

tot equos; et illud etiam / mihi semel responsum fuit: gr(ati)a
magni principis habeo filios duos superstites, unum / vero sibi
abstulit Deus. Porro obedientia tanta est, ut si quis e nobilissi-
mis ex / aulicis suis, non loquor de iuvenibus, sed etiam de seni-
5 bus coniugatis ^{kx)} si ^{ky)} aliquid delin/quat verbo vel facto, et
m(agnus) princ(eps) iubeat eum verberibus caedi, demittit se /
ille statim ad terram pronus nec inde se eripiet donec alter cesa-
verit flagellare. / Nec putes inde illum remurmuratum vel
expostulatum, sed si dabitur occasio in pop(ulum) ^{kz)} / cle-
10 mentiam m(agni) prin(cipis) collaudabit. Quod si iubeat mili-
tem vel nobilem ire ad hostium / castra aliquid vel moliturus vel
renunciaturus ibit intrepide nec puta/bit sibi redeundum nisi id
quod iussus ante praestiterit sive mortis adeat pericu/lum sive
non; possem peculiaria quaedam in hoc mihi narrata ^{la)} exem-
15 pla referre, sed / longum nimis facerem; nec omnio recensenda
sunt. Invenimus tamen nonnullos / etiam si legere nescientes
qui quod aulici principis essent sciebant, tamen

265 v. errores Graecorum quibus a pueris forte imbuti
erant ac de processione Spiritus Sancti a Patre tantum deque
20 a ^{lb)} Filio / a dextris Patris sedentem et Spiritu Sancto a sini-
stris loqui poterant. Quae causa est ut ipsi Domini / crucis si-
gnum efformet manu ^{lc)} prius ad frontem posita dicendo: in no-
mine Patris, deinde ^{ld)} / ad dexterum humerum et Filii, postre-
mo ad sinistrum dicendo et Spiritus Sancti. Et quia rem tan-
25 tum / corpore concipiunt non valentes mentis off(ici)o, ad altio-
ra consurgere allegant pro sua hac / opinione tres illos angelos
Abrahamo viso qui Sanctissimam tum Trinitatem referent ne-
cesse erat / ut ei qui Patrem referebat ^{le)} et is qui Filium sedebat
a dextris, is qui Spiritum Sanctum se/deret a sinistris. Sed et ista
30 sciunt quasi in enigmate deest enim huic pop(ulo) pene omnis ^{lf)} /
institutio; cum enim scholae et gimnasiae non sint nisi ad legen-
dum et scribendum Ruthenicae / tum exhortationes et contio-
nes nec privatae nec publicae in templis fiunt toto anno cum /
doctrina christiana numquam tradatur pop(ulis), nisi quantum
35 parentes domi edocent liberos / signare se cruce, venerari ima-
gines et id genus pauca; hinc fit ut pauci ^{lg)} sciant ora/tionem
dominicam ^{lh)} symbolum vero apostolorum et salut(ationem)
angeli(cam) tum praeeptis do/minicis vix ulli, praeter unicum
illud naturale concilium quod cognatum est hu/mano ^{li)} generi ^{lj)}

non ^{1k)} facienda mala, facienda vero bona ^{1m)}. Hunc etiam fit ut non celebretur fe/sta neque dominicae neque sanctorum eius toto anno uno excepto Annunciationis B. / Mariae die festo celebretur, in qua sacris vacando et ab opere servili absti/nendo; non
5 enim cessant ab operibus servilibus et die sancto Nativitatis Domini / vel Resurrectionis, nec ullis diebus dominicis, putant enim abstinendum non a labore sed a peccato die sabbato in festo quod si ad litteram intelligatur / putant iudaicum ¹ⁿ⁾ esse praeceptum quod cessaverit in christianismo. Hinc nulla c[ura] audiendi sacri
10 diebus festis cu[ius] rei nullum praec[e]ptum norunt ^{1o)}. Hinc / ad sacram communionem percipiendam ^{1p)} vecordia magna cum quis potest ab/stinere quamdiu placet etiam si ad plurimos annos nec est qui redarguat illum. / Usus tamen et consuetudo habet ut id faciant plerique qui velint vel / in prima hebdomada ^{1q)} quadragesimae magnae, quam ipsi inchoant postridie do/
15 minicae quinquagesimae quo ad carnes et lacticinya, quanvis a carnibus / abstinere ^{1r)} incipiant postridie sexagesimae ^{1s)}. Communicandi autem et / ieiunandi ^{1t)} apud Moschos ea est ratio ut qua volunt hebdomada / communicare incipiunt a feria secunda
20 in qua ut et in quarta et in sexta / eiusdem hebdomadae prorsus nihil comedant, feria vero tertia et quinta / semel in die tantum comedunt; tum demum confessi peccata sua sacerdo/ti proprio et poenitentia iniuncta quae satis rigide iniungi dicitur ^{1u)} die sabba/to sacram communionem ^{1v)} accipiunt quae cochleari porrigitur illis. Consecrati enim / Corporis ^{1w)} Domini sp(eci)em

266. inferunt et inyciunt calici, ut cum sanguine misceatur et ex illa mistione communicant / populum reliquis ^{1x)} vero quadraginta hebdomadis abstinentiam tantum servant consuetam; come/dunt vero quotieslibet in die nisi aliud confessarius pro satisfactione iniunxerit; quod si quis nollet / in prima sed in alia hebdomada ieiunare id pro libitu suo faciet cum volet; sicut etiam ^{1y)} qui commu/nicavit in prima hebdomada, poterit et in secunda hebdomada ieiunare et communicare si /
35 volet; quod plerique magis pii facere consueverunt. Itaque qui communicaturus non est in / hebdomada sancta ^{1z)}, quotidie absque religione etiam in vigilia Paschae ieiunium solvet non enim / ferunt aliud in toto anno ieiunium, praeter illud quod communioni sacrae praemittitur. Non /

servant vigiliis ullas, non quattuor norunt tempora sed pro hisce habent abstinentia / a carnibus, simul atque lactitiis varias per anni curriculum. Nam praeter ferias / q(uart)as et s(ext)as anni totius, quibus ab his abstinent — excepta paschali hebdomada
5 qua / tota licet carnibus vesci, ut etiam a Nativitate Domini et Epiphaniam — post 8 hebdo/madas a festo Paschatis transactas, hoc est a dominica S.mae Trinitatis apud nos / — quod festum ipsi celebrant feria secunda Pentecostes, idque peculiari cum solennitate / strato, ramis et frondibus novis, toto templi
10 pavimento et sacerdote 3 longissimas / orationes distinctas continente populoque interim primo ^{ma}) fronte affixa terrae manente — rursus abstinentiam repetunt usque ad festum Apostolorum Petri et Pauli. Rursum / que abstineat a calendis augusti — quem diem ipsi vocant funes Petri — usque ad / festum Assumptionis
15 B. Mariae. Postremo in Decol(latio)ne etiam S. Ioan(nis) Baptistae inque / Exaltationis Sanctae Crucis die, ac demum 6 integris hebdomadis numeratis ante / festum Nativitatis Domini, servant eodem abstinentiae modo ieiunium Philippi quod vocant quia ^{mb}) illo die incipiunt quo celebratur apud ipsos festum S. Philippi ^{mc})
20 hoc / est 13 novembris, sicut etiam multa alia festa nostra aut prorsus ignorant aut alio / a nobis tempore celebrant, ut exempli causa festum omnium sanctorum celebrant / ipsi in media quadragesima cuius loco prima die novembris habent ipsi festum Cosmae / et Damiani et festum sancti Mathei apostoli
25 16 novembris Sancti vero Michaelis Archan/geli 8 novembris et Conceptionem B. M. 9 decembris, ac sancti Sebastiani 18 eiusdem / et huiusmodi alia permulta. Quid q(uod) annum ipsi suum — quem a creatione mundi / ipsi numerant 7090 — incipiunt a prima sept(embris) die, quam magna cum solennitate / transigunt erecto
30 in foro theatro, quod conscendit metropolita et m(agnus) princeps et / ibi dicuntur ^{md}) missam facere convenientem ^{me}). Benedict vero aquam metropolita solenniter, / et aspergit principem et populum illa consignatque illum et liberos cruce clamans: / vitam longam domino nostro et liberis eius; conclamatque populus: Sit
35 longevus magnus / dominus et liberi eius. Postea se singuli salutando invicem ingeminant verba illa: / sis longevus, sis longevus. Quid de commemoratione animarum omnium fidelium / defunctorum referam? Quam — etsi dog[m]atizarint de illis semper Greci — tamen hic solen/ni caeremonia celebrant in maio et il-
40 lam solennitatem vocant prandium animarum,

266 v. ponuntur faces et candelae ad sepulchra, ut alicubi per Italiam sacerdos obit monu/mentum cum suffitu thuris quae etiam aspergit non aqua benedicta, sed offa quadam e / mele aqua et tritico facta de qua et ipse particulam gustat et aliis
5 dat gustandam et orat: / recordetur dominus animae istius qui sepultus est hic, et in loco refrigerii statuatur illam; et / cognati defunctorum afferunt panes et potum ac obsonia varia et repouunt super lapi/dem sepulturae, cuius dimidiam partem accipit sibi sacerdos reliquum, ministri, famuli / et pauperes qui adsunt
10 praesentes partemque ibi edentes repetunt precationem eandem; / idque tam pridie fit in vesperis quam mane sequenti in missa, postea datur a quolibet diti/ore prandium sacerdotibus vel saltem pauperibus. Haec cum ita se habeant apud istos / populos, nostras tamen supplicationes ac processiones ignorant
15 p(re)ter unam in festo palma/rum quam sollemnissimam ducunt, iumentum rudi tela coopertum conscendente metropo/lita, cuius frenum tenet magnus princeps cum adest, vel eius loco filius aut senator pri/marius, pro qua solenni gr(ati)a numerat ipse metropolitā 100 rublones, duplones dicimus / nos, quotannis magno
20 duce sive adfuerit p(raese)ns sive alium suo loco iusserit adesse; occurunt autem illis alii itidem cum arboribus magnis in vehiculis infixis appensisque / pomis ac fructibus varii, quos habere possint, statuuntque super illas arbores / pueros concinentes proceduntque sequente populo toto ad aliam usque Ecl(es)iam
25 in qua celebri/tatem ^{mf)} peragunt. Habent et aliam processionem qua totam obeunt civitatem in die / festo S. Haelenae et Constantini Imperatoris quam initio sequitur parum magnus / dux, sed quia perquam longa est, paulo post retrocedit; ea autem fit die maii 21. sed nescio / quo protrahor recensendis peregrinis ^{mg)}
30 ritibus istis, quibus quam longissime a preposita / narratione digredior, quod tamen opto ut quantum oblectabunt sua curiositate legentem / tantum promoveant ad orandum pro simplicis huius populi reductione ad sinum S. M(at)ris / Eccl(es)iae in qua veri ritus ac bene fundatae ab Apostolis et Apostolicis viris
35 caeremoniae asservan/tur de quibus etiam singulis posset reddere omni poscenti se rationem. Sed tamen ne postea repetendum sit / addamus et illud degentis huius qualicunque pietate documentum. Ubique habent defixum aliquod cru/cis signaculum in ianuis, in templis, in compitis, in triviis, q(uo)d ubi vel a
40 longe vident statim / se crucis ^{mh)} consignat(ione) solita capitis

depressione venerantur. Vidi ego aliquando comites itine/ris nostri in equis primo hoc genus venerationis exhibere imaginibus aut crucibus a longe distan/tibus ac ubi prope accessissent etiam ex equo descendere et eundem honorem illis deferre. Vi/di Statritiae ubi magnus dux erat in arce quae nunc novo et ampliore ^{mj}) co(m)munitur ambitu / mane centum operarios supra vallum illud quod e contextis trabibus excitabant conscendentes p(rius) ad o[mnes] / templorum civitatis cruces se quam saepissime consignando incurvare. Existimabam p(rius) ad quatuor or[bis] /
10 partes illos se convertere, sed cum interrogassem, certo intellexi hanc templis et crucibus in ipsis ere[ctis] / ab illis simplicibus hominibus exhiberi venerationem ^{mj}). Quid q(uo)d nobiles et auro tecti pristavi nostri cum nobiscum

267. capiunt cibum si nullam in cubiculo ^{mk}) imaginem
15 videant vel crucem ad quam se inclinent, dum / nos ante mensam et post stantes more nostro oramus ipsi ad fenestram quampiam accedunt unde crucem / aliquam in summis templis intuentes ad illam se flectentes et aliquoties consignantes venerantur. / Quin et senatores ipsi et princeps id p(ro) more habet
20 ^{ml}); mos enim huic genti est in unoquoque domicilio sive no/bili sive rustico in angulo honoratiore aliquam vel crucem aeneam vel imaginem de pariete de/pendentem habere ad quam qui ingrediuntur p(rim)o conversi se signant, deinde eos qui adsunt p(raesen)tes sa/lutant, quod si crux vel imago non adsit, nil tale
25 faciunt ne vel parietem vel homines illa veneratio/ne prosequi videantur. Quidam pristavus noster paulo caeteris religiosior et civilior ne nobis orantibus ipse nihil facere videretur, solebat ante mensam suspendere crucem argenteam / quam collopendentem gestabat — hoc enim est genti communissimum, et
30 rusticis etiam remigibus ^{mm}) / valdeque placuit nos videre gestare ad collum crucem vidisse — et ibi suas inclinationes et co(n)/signationes iterare; cum vero hoc semel facere omisisset, se belle in partem accipiens / nihilque faciens ubi nos orasse vidisset, aiebat: ego quoque ubi ad imaginem vel crucem / venero Deum orabo.
35 Est quidem a nobis illis aliquando explicatum non esse propterea / ommittendam or(ati)onem, quod vel desit locus vel imago, cum Deus ubique sit et cum Spiritus sit, in / Spiritu ubique possit adorari li(ce)t et illud de loco atque imagine sit laudabile, sed nondum matu/ravit tempus illorum. Audiunt multa dum

comedunt nobiscum, audit et turba circumstans / ministrantium ad haec interim ne prorsus nova sint illis asfeciunt ^{mn)} aures quas, ubi Dominus illud / suum Ephpheta inclamare dignabitur, habebimus spero patentissimas atque facillimas. / Super rem nullam ipsi, ut solemus nos super cibum vel potum crucis imprimunt signum; sed illam rem / sumpturi se a fronte inchoando de more consignant, nihil, ut nos dando vel accipiendo exosculantur, sed si q(ui)d p(ro)phanum e(st) se signant, si pium q(ui)d illo frontem et tempus utrumque consignant / vel
10 attingunt potius. Sed evado morosus iam recensendis minutiis istis, quae ut sp(eci)em pieta/tis habent, ita in rudibus et simplicioribus iis, qui schisma prorsus ignorant, fortasse / non displicent Deo. Quod quidem scivisse P. T. et per ipsam fortasse etiam alios p(ro) fuerit / ad regiones istas Deo praecipue com-
15 mendandas simulque ad incitandos fr(atr)um nostrorum animas / ad has Indias ^{mo)} Aquilonares — si quando aperietur in eis ostium fidei — ut bona spes ad hunc / nostrum ingressum videtur illucescere — non minus appetendas atque petendas q(uam) alteras illas / quandoquidem et illi et isti populi eodem sacro Christi
20 cruore redempti sunt. Atque utinam sicut illi ^{mp)} ab uberibus / verae M(atr)is Ecclesiae Sanctae Catholicae Romanae lac sugunt, et ideo facile crescunt in viros p(er)fectos quales nostrorum qui in eis missionibus degunt, relatu p(er)cipimus ^{mq)}, sic Moschovia et Rusia ab / eadem Ecclesia p(rim)o fidem ^{mr)}
25 p(er)cepissent. Si enim primus ille Evangelii haustus non a sacra ^{ms)} vera sponsa, sed / ab Agar ancilla si tamen id nominis meretur Ecclesia illa orientalis quondam in toto orbe celebr/rima, postea degener, et ne q(ui)d gravius dicam a sponso suo Christo et a vera sua ac omni/um Matre Romana Ecclesia alienior facta his regionibus non ita multa ante saecula p(ro)pi/natus, tam religiose foetus in stomacho mentis et in cordis ventre retentus et con/servatus e(st). P(re)sertim cum iam diu nedum nihil amplius nutrimenti ab ea percipiat, sed / contra potius ista iusto Dei iudicio ad extremam inopiam sub tyranno Turca reda/cta, ab
35 ista filia sua, cui aliquando attulit Christum, sed in veste discissa stipem quot

267 v. annis emendicare cogatur quid facturam putamus si vero Christi vicario Apostolorumque legi/timis successoribus, veritatem ipsa edocta fuisset? Quam sancte quam religiose ser-

vasset omnia, et Dei m[an]/data et Christi consilia et Apostolorum traditiones ^{mt)} et conciliorum ac sacrorum canonum decreta? Et sumorum ^{mu)} pontificum sanctiones? Et pias / consuetudines Ecclesiae omnes? Non profecto ut mihi huius saeculi
5 infelicissimi sectarii / Luterani Calvinistae Pichardi Anabaptistae et reliqua faex ^{mv)} haeticorum ^{mw)} qui cum in vera sint / ipsi religione baptisati, postea terga veritati vertentes haec omnia non modo post ha/benda, sed consput(en)da atque adeo proculcanda impuro ore docuerunt, ac re ipsa / nepharie proculcarunt.
10 Misselli enim isti Rutheni sanctam Scripturam venerantur adeo / ut solum librum tracturi ut legant p(rimu)m se crucis signo religiose expient quam ^{mx)} indi/gni illi ^{my)} haetici ^{mz)} mutilantes p(er)vertentes corrumpentes ad sua placita contorserunt. / Ruteni sancta illa quatuor concilia quae illis initio tradita fuerunt, quatuor Evange/liorum instar — ut D. Gregorius faciendum docet — venerantur, Idem procul dubio de / reliquis facturi, si a primis suis desertoriis unionis illis tradita fuissent. Haetici ex illis tan/tum decerpunt quae possunt ad sua dogmata detorqueri atque in his summam illis fidem ha/beri volunt,
20 reliqua quae pro ^{na)} se non faciunt, respuunt, et simul omnem illis abrogant / fidem. Ruteni non modo sacram Eucharistiam credunt, et adorant et colunt. Verum etiam / ut superius tetigi panem ipsum nondum consecratum ut ad tantum Mysterium preparatum, quin rem bene intelligunt, venerantur. Haetici vel
25 aperte negant ut plu/rimi vel tacite saltem ^{nb)} ut Luterani qui [li]cet Christum ibi esse fateantur omni tamen / privant honore, cum Christus ubicunque est, sit verus Dei Filius et adorandus ut / verus Deus. Ruteni Sanctissimam Deiparam Sanctosque coelites non modo venerantur / sed et pientissime invocant.
30 Haetici alii eos omni honore spoliant, alii autem / potestate patrocinandum — cum nimis illos apud Deum honorificatos p(re)-dicet regius / psaltes — Ruteni reliquias Sanctorum in summa quadam veneratione / habent. Ita ut et supremus cancellarius et p(ius) noster pristavus non / fecerint finem rogandi Patrem
35 pro aliqua reliquiolla. Calvinistae et illis similes / posuerunt morticinia servorum tuorum Domine escas Volatilibus ^{nc)} coeli / et carnes Sanctorum tuorum bestiis terrae et quorum animae in ma/nu Dei sunt, quorumque corpora olim in pace sepulta apud illos requi —

268. escebant magnamque patribus suis et avis ac proavis patriae denique ipsi haud sine / innumeris testatissimisque miraculis b(e)n(e)ficia conferebant, nunc filii scelerati atque dege/neres templa illa quondam Spiritus Sancti ^{nd)} et largitionum multarum thesauros atque promptua/ria aut aquis p(re)-focarunt aut flammis exusserunt velut quid(am) Neron(um) Deciorum ac Diocle/tianorum carnifices non secus absque dubio in illos saevituri si viverent et altero marty/rio affecturi atque in illorum cineres ac sacra ossa desaeviunt ut mihi plane non simile
10 / sit futurum ut aliq(ua)n(do) Ruteni surgant in iudicio et condemnent generationem istam q(uia) si apud / ipsos factae essent virtutes, quae apud istos factae sunt nihil esset opinor quod ab se desi/derari paterentur. Quae ideo fusius et cum sensu magnae miserationis dico, quia si Deus / dederit ut hoc schisma tolleratur — quod saxum iam hic a nobis volvitur — et Sanctae / M(a-tr)is Ecclesiae ubera vino meliora degustent Mosci, videor videre gentem sanctam / et populum acquisitionis; sed — ut loco illo communi utar quem mihi omnes qui in Indii[s] / sunt semper usurpa(n)t — opus erit mi Pater admodum R(everen)de operariis
20 bonis et non pau/cis. Habet na(m)que princeps iste ditionem latissime patentem longiusque protensam / quam hinc in urbem, hoc est ultra ter mille millia passuum ut omittam et hinc / ap(er)iri via(m) ad alias remotissimas regiones. Sed iam tempus est contrahendi sermo/nem si tamen adhuc unum quod
25 huc facit de gentis moribus ante prescribere. Idque / est Rutenos non — ut haeretici fecere — elevasse sancta ieiunia sibi tradita, sed / illa quae superius enarravi religiose servare quod e(st) subiectis exemplis dare liquebit. / Servabamus et nos ingressi Moscoviam abstinentiam illam 15 dierum an(te) Assumptae /
30 Deiparae festum nec cui offendiculum praeberemus. Accidit autem ^{ne)} Smolen/tii ut qui coquebat cibos olfacens quo ipsi vescuntur oleum existimaret nihil / referre si pisciculos fixaret in butyro insciis nobis. Ibi tum duo haec animadversi/one digna contigerunt; quae non temere narro cum possint nostros ad varias regiones vel / etiam huc venturos post nos reddere cautiore
35 res. Primum pristavus ille nobilis viae / ductor qui nos ad Moscoviae fines exceperat, sese nobiscum illa die pransurum invitaverat, qua dixi nos impransos horam post meridiem ab episcopo revertisse tu(m) q(uod) / longum illi fuisset domum redire
40 — nos enim fuerat comitatus — tum quia ibi coctum / nil reperis-

set. Expectat ig(itu)r bonus vir senex et omnis ultra horam do-
nec nobis / prandium apparatus. Cu(m)que iam mensae accu-
bituri essemus, ille forte fortuna tran/siens qua cibus coquebatur
in media quadam area vidensque quasdam butyri reliquias / ro-
5 gat eum qui coquit nu(m) butyrum admiscuent cibus coquendis;
fatetur ille tu(m) / bonus senex ieiunus unde se furtim proripit
equumque conscendit et abiit. Interea / — ne forte sev(itati) ^{mf)}
alicuius t(antu)m hoc religioni tribuat(ur) quae gentis est uni-
versae — famu/lus quidam pauperculus curaturus ignem for-
10 naxis — quem ipse totus congelatus meo mo/re ipsa tunc
vigente canicula curaverat excitari — intrat triclinium nostrum.
Ego illius / misertus q(uia) scio huiusmodi homines nec pane
posse se saturare cu(m) soli essemus panis / frustum accipio
piscemque frixum e patina iam ad mensam allata illi super im-
15 pono / et ut comedat trado ^{ng)} ille — ut etiam — circa culinam
ministrando ligna versatus / fuerat — recusat negatque sibi
licere comedere quod cum butyro sit frixus piscis, / tu(m) pu-
defactus ego, itane inquam piscemque aufero et solum panem
offero — erat autem / albus — et hunc refutat quod piscem
20 butyratum tetigerit, un(de) aliud frustum dare oportet/tuit alias
ieiunus abiit. Paulo post intelligimus quoque pristavum se-
ne(m) ^{nh)} impransum / abuisse eadem de causa. Quare et cibi
qui cu(m) lacticiiniis erant relictis sunt; et coco

268 v. ne quid tale posthac admittat serio mandatum.
25 Eant nunc carnivori isti saeculi huius / nostri Capharnitae seque
carnibus vel ipso Christi cruci affixi die sacro contra antiquissi-
ma / Apostolorum et Ecclesiae instituta ingurgitent. Eant et ibi
nostrates qui cum Catholici dici ve/lint et esse, si tamen apud
sectarios huiusmodi die vetito carnes apponentes forte diver/-
30 terint, magis verentes faciem hominum quam Dei futili quodam
pudore ventrem cibo ve/tito conscientiamque polluunt trans-
gressione precepti. Sed aliquando finem tam longo itineri / lon-
giorique digestionem imponamus et quid Staritiae nobis cum isto
magno principe conti/gerit aperiamus; igitur XVIII augusti
35 mane sacro facto ⁿⁱ⁾ cum ad Staritiam adven/taremus monuere
pristavi ut nos vestibis exornaremus; nam et ipsi se aureis, se-
riceis / atque purpureis induerant, cumque nihil nos mutare
animadverterint ^{nj)} iterum monuerunt. / Pater breviter illis re-
spondit ecclesiasticos ^{nk)} et religiosos quales ipsi sumus in no-

stris regi/onibus honesto ac simplici cultu uti solere, aurum vero et gemmas tantum ad altare / domini adhibere. Et quamquam prima fronte videbatur simplex habitus illi noster tanto / attritus itinere ac ia(m) pulveribus obsitus nec non galeri ipsi e rudi
5 filtro contexti posse / non nihil derogare authoritati et existimationi ad tanta negotia necessariae; tamen consti/tuit pater ut intrepide prosequeremur dicens sibi hanc co(n)stare Dei voluntatem esse ut / non ^{nl)} alio cultu quam nostrae professionis proprio uteremur. Itaque data mihi sua veste / paulo meliore quam
10 mea illaque alteri fratri tradita — ipse non induit breviorum / quod illi equitandum esset — galeris utrumque denigratis, quinque pauperes Iesuitae / intermedia purpuratorum auratorumque agmina conspecti sunt. Ut enim milliari Italico / Staritiae appropinquavimus obviam nobis prodire equitum phalanges qui
15 omnes aureis / sericeis gemmatibusque vestibus erant induti; erant autem circiter 300 et amplius qui / accedentes lento gradu ad currum nostrum ubi me descendente e curru conspexissent, de/scenderunt et ipsi tres primarii ac plurimi alii ex equis, patrique accedentes p(rimus) Mi/chael Wnokow sic P(at)rem affatus
20 est: Antoni Dei gr(ati)a magnus Hospodar — id est / dominus — totius Russiae cum longa enumeratione 600 aliorum titulorum fieri semper solita. /

Petit quomodo habeat Sanctus Pater Gregorius XIII papa Rom(anus) cum respondisset pater / per Dei gr(ati)am bene et
25 ut commodet magno duci. Iterum titulis repetitis ait: pe/tit etiam ut tu bene equitaveris responsum est. Ita Deus servet incolumen magnum / dominum. Tum sequens nomine Wtorii Strachow quod latine sonat Se(cun)dus iunior, / titulis praemissis easdem fere fecit interrogationes, addens et magnus dominus
30 noster / se tibi inclinat pro Gregorio XIII papa Rom(ano); tertius deinde iisdem cum caeremo/niis — erat is Simon Paphonienicus, idest Pachoniewics filius principis scriba, / ita enim secretarios vocant — addidit: magnus dominus, nos pristavos misit — omnes tres / nominans — ut tuis tuorumque omnium necessitatibus prospiciamus. Sub ipsum / tempus nobilis alter cum aliquo comitatu manu tenens habenas gradarii equi / nigri cum argentatis e viridi serico phaleris, Antoni, ait: magnus dominus noster / tibi ostendit gratiam suam hoc equo gradario — haec phrasis est ^{nm)} — donantis aliquid principis nomine —. / Pater
40 edoctus nihil esse respuendum — ut alias ratione instituti nostri

fecisset ut / et postea non semel fecit — sed omnino acceptandum
ne se suaque vilipendere vi —

269. derentur; acquievit et gr(ati)as egit. Omnes deinde
dedere ⁿⁿ⁾ illi manus caput ap(er)ie(n)do. / Ad nos postea con-
5 versi qui patrem circumdederamus dedere utidem manus se-
miamplexan/tes ac amice consalutantes. Post haec ad suos equos
quisque accurrunt, conscendunt patremque / equum illum do-
natum pro more ascendere ^{no)} oportere monentes, eum in me-
dio statuunt ac ver/sus civitatem iter arripiunt. Vias lutasas
10 instraverunt paleis pontesque omnes de no/vo instaurarant — ea
est apud gentem consuetudo ut legis venientibus in toto /
itinere pontes refici curent —. Populus cunctus erat per vias ef-
fusus sicque comi/tanti ad hospitium sane peramplum et hono-
rificum pervenimus. Ibi ostensis cu/biculis omnibus ut pater ubi
15 morari vellet, eligeret; statim ad triclinium deducti / sumus.
Erant nobiscum quinque isti Pristavi, inferioris vero nobilitatis
homines / ad sexaginta aulam tricliniumque occupabant. Erat
mensae absque tapeto apposita / mappa panis magnus albissi-
mus in medio salium et urceoli duo cum pipere et ace/to quod
20 in omnibus mensis est statum. Ubi data a nobis benedictione ac-
cubuimus / cum quinque pristavis tantum — qui postea vicibus
partitis semper unus vel duo / vel plures nobiscum accumbere
soliti fuerunt —. Magni principis ^{np)} iuvenis supervenit / Aulicus,
preciosissimis et ipse vestibus indutus significans patri se mis-
25 sum a ma/gno principe ut loco suo secum pranderet nosque
exhilararet. Assidebat / hic patri et quoties aliquod ferculum
portabatur assurgens caputque aperiens om/nibus reliquis idem
^{nq)} facientibus longa serie repetitis magni principis titulis / ad
nauseam usque addebat, ostendit tibi gr(ati)am suam hoc pisce
30 subinde etiam illud / repe[tebat]: Antoni, bonum est, comede.
Ubi extremum ferculum datum est — ad / 30 enim et amplius
fuerunt — ait ille chleb da sol, idest panis et sal. Putant autem /
ex historia cuiusdam Sergii monachi quem sanctum clarumque
miraculis dicunt qui / obiit ante 190 annos, cuius corpus integrum
35 XII Moscovia milliaribus / Germanicis in monasterio Sanctae
Trinitatis ostenditur festumque celebrant 25 / septembris, ad
quod celebrandum est hoc anno, ut ^{nr)} dixi superius se contulisse
ma/gnum principem triduo post nostrum ab ipso discessum; qui
talibus verbis accumbente / quodam apud se in paupere mensa,

Demetrio magno duce Daemonem e cellula / effugavit, putant,
inquam — tali omine nil mali posse contingere; estque finiti
pran/dii symbolum ut apud nos proficiat dici solet. Ubi e mensa
sureximus ^{ns)} pri/stavi de more suo cum legatis aliis usitato vo-
5 lebant nos potationibus ^{nt)} variis ^{nu)} exhila/rare, sed pater ostendit
nos quantum opus erat bibisse inter prandendum / neque talem
nos consuetudinem habere sacerdotesque qui quotidie ad
sacram/aram ^{nv)} accedere habet sobrios esse debere insuperque
negotio missionis / ac rebus pro magno principe apparandas vacandum
10 esse; quibus auditis / acquiescentes ac bene aedificati recesserunt.

Die sequente cum saepius patrem pristavi convenissent ut
ex illo varia

269 v. explorarant tandem cum scriba venere ut munera
15 principi offerenda lu/strarent scriptoque exciperent munitissime
quidque a quo et ad quem mitteretur. Hic accidit unum quod
praetermittendum non est ut alias / si qui huc mitterentur, sciant
quid agere debeant. Cum pater per/pulchram e summo Pontifice
inter alia ferret imaginem auro, argento atque/haebeno ornatam,
20 erat autem B.ma Virgo depicta puellum Iesum nu/dum in genu
tenens ^{nw)} ad cuius etiam seminudos pedes — ut pictores no/strates
assolent ut lineamenta, musculos fibrasque minutissimas arte
ex/primere se posse ostendant —. Stabat puellulus alter Ioannes
Baptista / totus itidem nudus et angeluli duo utrinque nullumque
25 nomen erat / inscriptum. Pater quid(em) quod in Litwania primum
audierat Moscos / abominari nudas ^{nx)} imagines et inscriptione
carentes, aliis prospexerat / omnibus quas ferebat sed qui
hanc decore se cooperire posse speraret cum / per omnes civitates
aliq(uem) consulisset pictorem inventus est nemo. Haec /
30 igitur cum inter donaria caetera describenda — si tamen illis
videretur — / proponeretur, stomachari visi sunt primo, postea
tamen res ad principem / relata qui cum misisset alios inspectores
imaginis nec ullum responsum reddidisset argumentum evidens
fuit principem illam respuisse / et ideo nec allata est. Do-
35 lendum sane in hac re nos Catholicos a Schi/smaticis superari.
Utinam vero ab his ad quos spectant modus aliquis / pictoribus
nostris non modo circa sacras sed et circa prophanas imagines
/ poneretur. Si enim anathemate feriuntur libri ex professo
lascivi, qui ad / paucorum manus deveniunt et a doctis ta(n)-

tu(m) intelliguntur, cur simulachra / huiusmodi — ut de sacris
imaginibus sileam — quae statim in oculos doctorum / iux(ta) ac
indoctorum virginum quoque ac puerorum incurrunt impune
finguntur / in forisque ac curiis, in compitis ac triviis publice
5 venalia p(re)ponuntur. Postremo / patri significavere pristavi
quod postridie mane serenos magni principis oculos / esset visu-
rus ad ipsumque equitaturus in arcem. Optaverat quidem pater /
— idque et sedulo et saepe egerat — ut quam simplicissime liceret
ad principem / ire ut omnem ostentationem declinarem, sed
10 omnino parendum fuit / et principi et consuetudini tantoque
magis quod eum honorem Pontifici / Summo se exhibere di-
cebat/.

Ergo mane primu(m) ^{ny)} XX augusti die dominico D. Ber-
nardo sacro p(er)actis a nobis sacris venere

15 270. pristavi, magna nobilium inferiorum comitante ca-
terva, et si nobiles et si pauperrimi / sunt, nulli t(ame)n qua(m)
soli principi serviunt unquam quo fit ut magnam istorum ubi-
que habeat co/piam in arcibus ^{nz)}, oppidis, in bello nec vilissima
quaeque respuunt modo pro solo magno principe / obeant munia,
20 apparantur super mensam in saculis sericis auro et argento con-
textis mu/nera. Dumque equos expectamus, en duo primores
mittuntur a principe, auro contecti, equis/que phaleratis insi-
dentes, quos XXX circiter pedites bini sequebantur serico va-
rio co/lore vestiti. Conscendunt illi scalas et ad nos veniunt.
25 Assurgitur ab omnibus, et illi, Antoni, inquit: magnus do-
minus cum epithetis omnibus tibi per nos Gregorium Lithwi-
noph / et ***** ^{oa)} s(ignifi)cat quod paulo post ostendet
tibi gr(ati)am suam, ut videas serenos oculos eius / — sunt au-
tem hae phrases illorum —, et alter itidem, repetitis titulis, quos
30 e scripto recensebat, / ait significat etiam quod tibi obviam
mittet duos magnos viros suos. Quo dicto sta/tim data manu,
absque alia ceremonia se ad scalas et equos convertunt et
abeunt. Interim / veniunt equi, pro nobis; conscendimus cum
pristavis deauratis, quinque pauperes Iesuitae, cum / duobus
35 interp(re)tibus nostris, tres alii pedites dona Pontificis Max(i-
mi) ferebant. Vix ab hospi/tio nostro exieramus cum magna
series equitum se nobis obviam offert aureis vestibus induto-
rum, / e quibus primarii duo nomine Thoma ^{ob)} Ophonasewic
Buturlin, idest Thomas Athanasy fili/us Buturlin ita enim sem-

per addunt nomini proprio nomen etiam patris, ut et in Svetia et aliis / quibusdam Aquilonaribus regionibus — et Michael Andriewics Bogzin patri sic aiunt: Anto/ni, magnus dominus petit quam faeliciter equitaveris ^{oo}), et quod faciet tibi gr(ati)am
5 videndi sere/nos oculos eius; et alter significat praeterea quod mittet tibi obviam duos duces / primarios suos consiliarios. Postea data patri manu, ad nos quoque conversi nomi/ne quemque proprio co(m)pellabant, salutantes manumque dantes. Procedimus postea cum om/nibus illis in arcem. Erant autem
10 utrinque dispositae sclopetatoru(m) ad mille trecentos series / duae, qui et ipsi honesti varioque colore vestiti aspectabiles se reddebant. Pertingebant / autem usque ad scalas palatii, in quibus postea dispositos utrinque vidimus homines / aureis vestibibus contactos ad 100. Ubi ad medias scalas pervenimus, en duo
15 illi con/siliarii veniunt, et solitis verbis ac ceremoniis excipiunt patrem et educuntque nos in aulam / anteriorem ^{od}), in qua per disposita subsellia, posterioribus semper sublterioribus ut ^{oe}) / in prosceniis fieri solet, ut omnes bene videri possint, considebant ultra centum per/sonati homines itidem auro contacti — persona-
20 tos dixi quia pro certo affirmant illos / esse lixas atque calones conductitios ut illae vestes ostendantur, ac etiam ut numerus au/licorum maior esse videatur —. Ingredivimur tandem magni Principis cubiculum interius / etiam sca(n)nis eodem modo refer-
tum, in quibus plures adhuc quam in priori asside/bant homines
25 aureis itidem vestibibus cooperti. Solum magni principis erat elevatum / a terra gradibus duobus, filii ^{of}) vero eius primogeniti Ioannis quem a leva habe/bat, erat paulo dimissius; princeps, caput habebat redimitum thiara paulo maio/ri quam Pont(ificis) Max(im) nec multum forma absimili; erat autem unionibus ^{og})
30 et auro con/texta intersertis p(re)ciosissimis gemmis. Chlamydem deinde talarem habebat auro / itidem et margaritis gemmisque artificiose quasi depictam. Circa humeros palliolum / distinctum habebat, eiusdem t(ame)n operis ad morem episcoporum nostrorum; binos vel ter/nos magnis cum lapidibus in digitis singulis gestabat annulos, sceptrum argenteum / deauratum gemmis
35 hinc inde respersum tenet in dextra, episcopali — quod superius

270 v. descripsi — pedo prorsus quo ad formam adsimile. Ocreae porro — calceorum enim hic usus / nullus — rostratae atque recurvae gemmis et unionibus ad superiorem partem pe-

dis coo/pertae. E collo pendebant torques duo, unus circa col-
lum angustius, e quo crux aurea / palmum ^{oh)} longa geminos
pollices lata pendebat; alter vero cingulo tenuis depen/debat
uterque ex alternantibus spherulis aureis magnisque gemmis
5 confectus ad mo/dum velleris aurei equitum nostrorum. Filius
quoque Ioannis eadem omnia quae / pater habebat quo ad for-
mam, sed quantitate minora; iuvenis enim est circiter / XXII
annorum. Ubi in conspectum principis magni venimus, nobilis
quidam / assurgit, a nemine iussus, et e veteri horum princi-
10 pum more in legatis excipiendis / usitatissima sponte sua alta
voce dicit: magne domine, Antonius Possevinus cum / sociis
tibi percutit ^{ol)} fronte, hoc est, se tibi ad terram usque inclinat.
Post vero prin/ceps, humaniter loquens, Antoni, ait, ut valet
Gregorius papa XIII. Ita sereni/tatem tuam Deus servet inco-
15 lumem ut ille bene valet, respondit pater, et ille: Quid / ha-
bes ^{ol)} quod dicas nobis. Tu(m) pater in medio stans, ut nomen
et tituli summi pont(ificis) / ibi hactenus inauditi semel in eo-
rum noticiam devenirent ^{ok)} qui ita titulorum copia dele/ctan-
tur cum praesertim biduo ante iidem tituli a magno duce per
20 pristavum suum / a patre petit scripto ac dati fuissent alta vo-
ce sic ait: sanctissimus dominus noster / papa Greg(orius) XIII
Universalis Christi Eccl(esiae) pastor, Christi in terris vicarius
Sanctique / Petri successor multarumque regionum ac terra-
rum dominus servus servorum Dei / amantissime salutatur tuam
25 serenitatem tibi a Deo benedictionem precatur. Ubi no/men
papae audivit, princeps assurrexit stetitque semper donec gra-
tias ageret. / Tunc sedens, et tu, inquit, recte ne equitasti. Rec-
te, ait pater, per gr(ati)am Christi utque in/serviam ser(enita-
ta)ti tuae. Tum princeps manum osculandum porrexit, deinde
30 iniu(n)xit ut iti/dem filio oscularetur, tu(m) iussit eu(m) ante
se sedere. Post haec item me princeps no/mine compellans ad
se vocavit manumque dedit innuitque ut et filio idem face-
rem. / Tu(m) patri ait: Habesne l(itte)ras Antoni. Habeo, in-
quit. Et cu(m) singulas vellet / illi dare, iussit secretario uni
35 qui assurrexit omnes inconfuso tradi, ita enim in mo/re posi-
tum hic habent iterumque sedere iussit. Tu(m) ait: dona ne
portas? Porto, in/quit Pater incipitque me porrigente unum
quodque exponere ^{ol)}. Primum fuit crux chri(st)alina affabre
celata auroque ornata, quae magni aestimabatur; sed illud
40 prae/stantius quod insertum habebat frustulum bonum p(re-

cio)sissimae ^{om}) crucis sanctae un/de pependit Dominus. Hanc accepit manibus et diu contemplatus dixit: Dignum vero / Pontifice Maximo donum. Alterum fuit magnum agni Dei simulachrum argento mu/nitum cum picturis pulcherrimis, quibus
5 inscriptiones Ruthenicae erant apositae; / quod etiam diu intuitus petiit: Quis hoc dat. Respondit: Ego. Est enim consuetudo, ut / qui mittuntur etiam suo nomine dent aliquid. Tertium erat Concilii Florentini volu/men perpulchre compactum. Quartum rosarium — quod vocant — cum globulis ex lapide /
10 precioso aureis etiam spherulis intersertis. Quintum decas ^{on}) ex alio gemmarum gene/re itidem auro immixto. Potremo craterem christalinum cum operculo marginibus

271. auro munitis dedit. Principi iuniori etiam sua dona sunt data ex gemmis ante/dictis, sicuti et coniugi magni
15 ducis huius iunioris principis matri, quae vivere / putabatur, ad quam etiam l(itte)ras dederat pontifex, sed mortua e(st) iam pridem, et ^{oo}) quam / modo apud se habet septima e(ss) dicitur. Muneribus datis acceptisque ab alio quodam / procere, qui omnia statim reddidit nobis ait princeps: restat ut negotia
20 quaecu(m)que / habueris ad nos pertractes cum senatoribus et consiliariis nostris et hodie u/na cum tuis comedas nobiscum panem et sal. Nos, capite principi, filio ^{op}) et aliis utrinque / — ita enim moris est — inclinato, abiimus a pristavis illis quinque deducti ad hipo/caustum inferius solis scamnis tapetibus Turcicis tectis — nec enim ille princeps / aliud aulicorum ^{oa}) genus in
25 suomet cubiculo habet —, sed cum sit lignea domus, nu/dum lignum in parietibus nuda et laquearia ^{or}), nudae etiam sunt mensae. Illuc ig(itu)r cum / dona reportassemus ita confusa rursus suis intacta sunt sacculis; et interim quatuor ve/nere
30 consilarii principis et quintus cancellarius eius sup(re)mus. Nomina omnium haec sunt ^{os}). / * * * * *

Exiere ig(itu)r alii omnes ipsisque pater per ^{ot}) interp(re)tem mandata Summi Pontif(ic)is per sesqui / horae spatium proposuit, qui etiam ea omnia scripto sibi dari petierunt, quod postea factum / est. Interea temporis duo nobiles a principe missi sunt ad munera capienda qui / ea satis aperte portabant coram multitudinem — quae forte causa est cur non primo apud / principem relinquantur —. Ubi consilarii, propositionibus patris auditis, ad principem con/cessissent, non ita

multo post mittit princeps eosdem, qui nobis prius in equis ob-
vi/am venerant, ut nos deducant ad prandium in alia domus
parte, quam ubi primo fue/ramus excepti. Hic t(ame)n itidem
auro vestibus hominibus et stratae hinc inde scalae erant / et
5 sca(m)na^{ou)} in anteriori^{ov)} aula referta. Ibi^{ow)} etiam erecti
erant abaces duo praegrandes argen/teis et aureis vasis circum-
quaeque montium instar instrati. Ingressi triclinium inveni-
mus / omnes iam accumbentes circiter centum, aureis pariter
vestibus indutos mensisque solis map/pis instratis cum pane sa-
10 lino et urcelis^{ox)} duobus piperis et aceti plenis — non enim or-
bibus^{oy)}, / non cultelis, non stropholis, non denique furcinulis
hic utuntur —. In ipso triclinio alterum pri/oribus gradiorem
erexerant abacem^{oz)} pergrandibus^{pa)} vasis argenteis et aureis
impletumque / ad pompam tantum ibi ponuntur nulli enim
15 usui tu(m) servierant. Princeps accumbebat mensae pau/lo al-
tiori quam reliquae, filium penes se^{pb)} a laeva habens, fere se
contingentem. In^{pc)} sca(m)no ubi / sedebant suam quisque
thiaram^{pd)} habebant et sceptrum quod vocant possok; imagi-
nem perpul/chram magnamque Deiparae Virginis supra caput
20 habebat auro contextam et unio/nibus exornatam. Post sex cu-
bitorum a filio spatium, ordo sedentium procerum inchoa/bat
quorum primi duo erant adolescentes e regio Poloniae stem-
mate e ducibus Mscisla/viae; caeteri post illos senatores qui oc-
to p(re)cipui fere duces sunt, secundum quos consilia/rii se-
25 creti et post illos aulici q(ui) d(icu)n(tu)r ab illis deinde e(st)
infinita turba infimorum nobi/lium, quos superius dixi. Inter
aulicos nullus ordo sedendi^{pe)}, sed qui prior intrat prius / se-
det, nisi quem princeps vocaret ad certum aliquem locum, sicut
nos et pristavos nostros / vocavit. Nam cum primum nos vidit,
30 Antoni, ait, hic sede; deinde nos omnes reliquos 6

271 v. nomine fere compellans, iussit assidere patri, ad
alteram deinde mensae / partem^{pf)} vocavit primum illos duos
magnates quos obviam miserat, deinde prista/vos 5. Mensa no-
stra erat quidem a principis seu(n)cta sed tribus vel quatuor
35 cu/bitis t(antu)m ab eius dextera distans. Nos secreto bene-
diximus mensae de more. / Ubi accubuimus allata principi utri-
que aqua lavandis manibus non enim alibi / lavat, nec Moschos
accubituos lavantes vidi, nisi forte nobiscum edentes no/stro
exemplo permoti id facerent datumque est illis singulis lin-

teum ^{pg}). / Cum vero ^{ph}) superius dixerim populum illum frequenter se cruce signare iam principis huius ^{pl}), / in eo prandio visa ^{pl}) sunt ^{pk}) ceremoniae religiosissimae cum sive accipiendo ^{pl}) cultelo si/ve pane strophio cochleari bolo poculo et minima quaque re bis terve se con/signare(n)t ^{pm}). Vidi iuniorum principem in eo signo efformando pio prius aspectu / ad imaginem D. Virginis oculos extulisse. Quin etiam ferunt utrumque patrem sc(ilic)et ac / filium cum aulicis suis ^{pn}) et ad nocturnum off(iciu)m media nocte et ad missam mane, et ad vesperras a pran/dio singulis diebus accedere solitos e(ss)e. Ferunt autem illum dicere saepe solere: si pec/catores sumus ut David, quid ni cum illo etiam surgamus media nocte ad confiten/dum Domino? Quid ni et stratum lachrymis irrigemus? Quid ni et cinere panem potumque la/chrymis misceamus? Hoc ego meis oculis vidi an(te) hospitium nostrum veneran/dum quemdam senem sacerdotem sive a confessionibus sive ab elemosynis fuerit qui frequenter ad ducentos pauperes simul congregatos habebat et mane q(ui)dem grossum / unum ut vocant — Moscovitice Dengam dicunt —, singulis errogabat; vesperi autem du/os calices cervisiae itidem singulis propinabat. Hoc etiam inter agendum in ipso / animadverti, saepe illum rerum adversarum quae illi eveniunt caussam vel ad sua peccata / vel ad divinum referre iudicium inscrutabile. Quae ^{po}) res omnes et aliae plures id genus ma/gnam illi sanctitatis opinionem apud suos populos conciliant; cuius deinde veneratione per/stricti ^{pq}) reliquos vitae quicumque sint vel non vident omnino, vel dissimulant, in optimam / quoque partem interp(re)tantes. Sed ad mensam revertamur ut melius ^{pr}) etiam in hoc et gen/tis et principis mores cognoscamus. /

30 Ordo prandy is fuit: p(rimo) alata e(st) principi aqua vitae — crematum vinum illi appellant — / quo quilibet ^{ps}) an(te) omnem cibum utitur, ob frigida ac ve(n)tosa alia potionum genera allat[a] sunt / etiam frustula saccarati butyratique ^{pt}) panis de quibus partem filio dedit, partem misit / ad illos p(ri)m)os duos duces e regio stemmate, partemque patri, m(ih)i vero misit partem sui / illius p(re)grandis panis q(ue) pro septem viris suffecisset, itidemque aliis omnibus in mensa ^{pu}) / nostra nomine quemque compellando p(ar)tes misit et quoties alicui convivae aliquid a princi/pe mittitur, assurgitur in toto triclinio ^{pv}) ab omnibus et qui potat ^{pw}) dicit: Magnus/Dominus

ostendit tibi gr(ati)am suam hoc munere, et ille respondet: percutio fronte, id/est gr(ati)as ago. Attulere deinde sat parvum poculum vini — Romaniam Mosci vo/cant — nam vini nomine intelligunt illam aquam vitae, quam non ex vino, sed / vel mulso
5 vel cervisia vel hordeo aut siligine ad ignem terque quaterque p(er)stillata ac sublimata conficiunt. De utroque parum et ipse bibit et filius bolo illius

272. saccarati panis arrepto, ne potus ille noceret. Deinde mittere eadem aliis cepit or/dine, quo(d) iam dixi, in eo autem magnam veluti privati cuiusdam patris familias provi/dentiam declarabat, quod de singulorum convivorum singularem quasi sollicitudinem / ostendebat ut omnibus gratificaretur. Videres eum nunc huc, nunc illuc respicere per / triclinium ^{px)} ac modo hoc, modo illud ad unam et aliam mensam huic vel illi
10 nobili mittere nomina/tim, illum compellendo etiam ab sese ^{py)} remotissimum et postremis mensis accumbentes quae quo re/motiores semper sunt elevatiores ut omnium ipse et ipsius omnes faciem valeant. Cum vero intueri ^{pz)} / more gentis officii et amoris declarandi gr(ati)a, alicui p(re)bibit aliquid, is ubicunque sit da/to sibi nomine principis poculo surgit et ad medium triclinium cum poculo procedit, ibique / caput principi inclinans quantum lubet bibit; deinde cui placet idem poculum porrigit et / demum inclinato capite principi aliisque dextrorsum ac sinistrorsum ad locum suum unde vene/rat redit, hoc t(a-
25 me)n nullus nostrum servavit, ut e loco nostro nos moveremus. Opinor duabus / illis horis, quibus prandium hoc duraverat sexagies et eo amplius nos assurexisse / et nobiscum convivos omnes. Non est autem apud Moscos abusus ille perniciosus cogendi quempiam ad exhauriendos crateres integros aut aequalibus poculis conten/dendi, licet subinde gr(ati)a officii soleant inter edendum dicere: bonum est bibere, bonum / est comedere, ut sonant proprie illorum phrases. Dicitur autem princeps hic in plebe/cula quantum in se est persequi ac prohibere ebrietatem; vidimus nos in littore Ilmenis / duos ebrios rusticos col-
30 luctantes ^{qa)} trahi ^{qb)} ad carcerem. Fercula in eo prandio — id fuerit convivium sollemnissimum, quod a multo tem(or)e habuerit cupiens in eo etiam summo pon/tifici hunc ^{qc)} exhibere ^{qd)} honorem et nobis hominibus exter(n)is suam magnificentiam ostenta/re — non immodica fuere sed sufficientia ut nec

parcitatē arguere nec luxum rep(re)hendere / potueris; certe sumptuosa non fuerunt ut sine hyperbole ^{ae)} dicere queam vidisse me et indolu/isse alicubi nostrates ^{af)} privatos nobiles sumptuosiore[m] habuisse extremam bellario/rum mensam quam
5 illud apparatissimum fuerit convivium principis tanti. Condi-
men/ta cum ubique ponantur non peregrina sunt aut exquisita,
sed domi nata ac ferme ^{ae)} ex cepiis concisis vel caulibus com-
minutis. Duris fere vescuntur cibariis quod minus im/becillo
fuit stomacho Moschi, imo parum ideo excoquant carnes ut
10 solidiores sint, pa/nis passim fit triticeus ac siligineus, sed tri-
ticeus niveus videtur t(ame)n ob furnorum / defectum male
coctus. Pistores sunt quique sive rustici sive cives, nam quilibet
fere / domi molit, pinsit et in eodem furnulo quo hipocausta
calefaciunt etiam panes coqueunt / fumo non aliunde q(uam)
15 per fenestras et portas exeunte — infurniculo et fornatum
usum ^{ah)} / non norunt —. Pro pastillis — quos t(ame)n aliquando
parant ex piscibus vel carnibus — fere frixa / azima et placen-
tulas faciunt nunc caseo nunc ovis imbuta. Et quoniam ars huc
non pe/netravit Apicy; quae mane edis eadem vesperi et quae
20 hodie eadem expecta in cra/stinum sit perpetuus quidam tenor
eodem cibos eodem apparandi modo. Stolidulum ho/muntio-
nem auro tamen vestitum habuit inter prandendum princeps
cuius ineptiis t(ame)n dicteriis / tu(m) gesticulationibus cum
filio moderate recreabatur. Inter comedendum saepe ad nos /
25 hilares ^{al)} fronte p(ro)spiciebat, interim aliquid forte de nobis
cum filio loquens. Saepe etiam / illud nobis officiose dicebat:
bonum est comedere; etsi aliquando aliquem nostrum cum al-
tero aliquid / dicentem videret, illico sibi illud renunciari iube-
bat et ad rem aliquid familiariter subiungebat / vidit semel ad
30 ferculum quoddam interrogari patrem ab obvio nobili num pla-
ceret — erat

272 v. autem aliquid singulare quod solis nobis dabatur —.
Et cum pater modestiae causa respondisset / sibi placere, prin-
ceps sciscitatus quid dicerent ubi rem intellexit, habebitis, in-
35 quit, quo/tidie quod et factum est; erat autem simplicissimum
ferculum ex avenae farina et lacte para/tum. Sub medium
prandium princeps, cubitis innixus mensae, silentio facto ab
omni/bus disertis verbis, sic patrem allocutus est: Antoni, ait,
comede ac bibe; nam iter non par/vum ex urbe huc usque con-

fecisti, missus a S(an)cto patre omnium sup(re)mo Gregorio
papa / XIII Ecclesiae Romanae christiano pastore constituto
a Deo, quem nos quidem veneramur / ac vicarium Christi
agnoscimus; tibi que propter illum omnem reverentiam exhibe-
5 mus, ad cuius / p(re)decessores itidem nostri homines adlega-
bant, nec non et ipsi suos quoque huc vicissim mitte/bant. Cum
magno etiam imp(er)ra(tore) Christianorum idem faciebamus
et sic in tranquillitate cum / christianis semper vivebamus, non
ut nunc q(ua)n(do) christianus sanguis effunditur, sicuti tam
10 quo/que iam videre et intelligere potuisti. Haec stantibus et
attente audientibus omnibus p(er)locutus est princeps ^{q^l}) / qui-
bus ^{q^k}) in admirationem p(ro)tracti postea pluris nos facere
visi sunt maiorisque / veneratione p(ro)sequi; sic Deus be-
nig(nissim)us disposuit, ut tam luculenta professio tan/ti prin-
15 cipis in tam solenni ac frequenti suorum consessu ^{q^l}) coram
pauperibus Iesu/tis fuerat ^{q^m}) quam a multis annis pia M(ate)r
Ecclesia percupivit ^{qⁿ}); atque utinam pri/mitias istas confes-
sionis oris, quae fit ad salutem, consequatur cordis credulitas /
ad iustitiam. Cum finis iam epulis esset impositus mensaeque
20 sublatae, accumbentibus t(ame)n / ac immotis manentibus re-
liquis omnibus — credo ut nos tanto melius ordinem illum / se-
dentium videremus ne nec ^{q^o}) ulla assurgentium confusio fieret
nobis p(resen)tibus — s(ignifi)ca/tum est nobis abire, licere ^{q^p})
si fessi eramus et quiescere volebamus. Surreximus / itaque a
25 mensa nostra t(antu)m nosque pristavique nostri et ubi ad
medium triclinium venissemus / ut reverentia principi exhibita
abscederemus ^{q^q}), vocat ad se ille patrem primo, postea / alios
duos sacerdotes ac singulis dat e manu ^{q^r}) sua poculum ut bi-
bamus, reliquis vero no/stris singula pocula misit, gustavimus
30 parum; postea a pristavis domu(m) multis comitan/tibus reducti
sumus sicuti iveramus. Non ita multo post veniunt primores ^{q^s})
quidam a / principe cum variis potionibus, ut nos exhilararent.
Sed cum pater easdem, quas superius di/xi causas et istis attu-
lisset, et addidisset insuper ob bonum publicum magnique prin-
35 cipis com/modum se quae coram cum senatoribus egerat ^{q^t}), ea
in scripta referre debere et illis trade/re, illi ^{q^u}) acquieverunt.
Sic illius diei sole(m)nitati finis est datus in qua ut et princi-
pis ^{q^v}) et om/nium oculos et ora in nos conversa viderem ^{q^w})
40 ipsosque qui nos honorabant in paupere tunica / pileoque qua-

que ^{qx)} intentes contemplarer, / veniebat in mentem existimare
quod sicut contraria contrariis curare solet p(re)stantissimus
me/dicus ille noster coelestis qui se ideo medicum aliquoties vo-
care non dedignatus est, quia mor/bos nostros curare venerat,
5 sic iam voluerit, fastum illum ac pompam fortasse nimiam /
gentis huius nostra hac paupertate retundere cum enim se gem-
mis et ostro auroque / et argento circumdatos viderent insi-
dentes etiam sonipedibus equis auro pa/riter et argento pha-
leratis iussi tamen essent a principe suo — sic missos a Pont(i-
10 fice) Max(imo) / honorare volente — ad nos simplicissimis
vestibus indutos venire nos deduce/re in honoreque habere ni-
mirum si pudore aliquo suffundebantur. Quod sane / quidam
illorum dissimulare ne utiquam valentes, quasi stomatice di-
cebant: / cur non alias vestes induitis talibus enim solent indui
15 monachi? quibus

273. responsum est: nos quidem monachos san(c)tos ac
pios in Domino honorare licet. Mo/nachi ipsi non simus, ^{qy)} ve-
rumtamen nostrum qui sacerdotes sumus religiosum statum /
dedecere auri circumdationem quam vel in mulieribus rep(re)-
20 hendit S. Petrus Apostolorum princeps / a cuius successore mitti-
mur; solere autem Deum, ut inquit Apostolus, quae stulta sunt
mundi / eligere ut confundat eos qui sibi videntur esse sapientes
ut non gloriatur omnis / caro. Quibus et aliis gravibus causis
victi non modo in posterum a scomatibus / illis abstinuerunt,
25 sed qui ante eadem hora in publico nobiscum sedentes ^{qz)} quin-/
quies vel sexies aliam alia p(re)ciosiore vestem cum quodam
ostentationis ty/po mutare solebant — id enim nobilibus istis est
moris — postea nisi cum publice / procedendum esset co(m)mu-
nibus ^{ra)} vestibus fere in conspectum nostrum sedabant. Nos /
30 vero nostra haec p(rim)a irruptione apud Moscos in habitu
nostro ita p(er)strinximus / illorum oculos, ut non modo non
mirent ^{rb)} et improbent sed laudent ^{rc)} plurimum crucem / a
nobis in capite gestari sacerdotesque nostros a laicis longe dif-
fere nostrumque / habitum clericalem honestum ac venerandum
35 esse, atque haec fuit una e potissi/mis episcopi Smolecen(sis) —
quod superius exciderat — interrogatio: num ^{rd)} p(re)sbiteri /
omnes Romani per Italiam et Germaniam huiusmodi talari habi-
tu utea(n)tur ^{re)}, quod cum ita / esse audiret visus est valde pro-
bare; sunt enim Mosci a Graecis unde Christi fidem ante / 500

annos acceperunt pessime de Latina Ecclesia edocti ut de-
p(re)hendimus in qui/busdam turpissimis et absurdissimis re-
bus invidiose in ipsam confictis, adeo ut / cum apud ipsos Mo-
scos nullae audiantur blasphaemiae nec nominis Dei neque
5 Sanctorum / illorum neque execrationes aut maledicta, illud
tamen apud ipsos intellexi p(ro) summis diris / haberi cum
aiunt: te Latinae fidei videam; sed haec mendatia Graecorum
inanissima, quod an/te apud hos populos nullus fuerit qui ea
refutaverit ^{rf)}, altissimas quidem hactenus fixerant radi/ces.
10 Sed his paucis diebus ^{rg)} cum ea mera Graecorum comenta esse
doceremus et verbis et fa/ctis ipsis tamen tam parvo tempore
v(er)itati ^{rh)} accessisse ^{ri)} videntur ut quicumque Catholici qui
zelum ^{ri)} Dei ha/beant cum scientia ^{rk)} ad illos diverterint — uti
etiam ipsius principis fidem publicam ad Summum Pontifi-
15 (ce)m / et ad serenissimam remp(ublicam) Venetam mecum
porto p(ro) quibuscu(m)que ab illis mittendis impetratam — fa/-
cillime ac brevi ^{rl)} sperare possint se stirpitus ea ab illorum ani-
mis evulsuros, qui gradus erit non in/fimus ad tollendum schi-
sma p(er) huiusmodi commenta plantatum ^{rm)}. Elapso die illo
20 p(ro)ximum triduum apparan/dis et e Latino ^{rn)} in Rutenicum
sermonem vertendis illis quae scripto agenda erant cum princi-
pe, id ipsum / illo conciliariisque eius potentibus positum e(st).
Quod ^{ro)} — ut caetera omnia in hoc negotio — a divina pro/viden-
tia plane factum? Cognovi ut quae potissi[m]um de religione ca-
25 tholica capessenda pr(ro)positurus / erat pater et liberius p(ro)-
poneret et efficacius inculcaret et non istis tantum qui modo
sunt principi et consiliariis / sed illorum posteris quoque ad se-
cula multa in publicis tabulis — omnia publica eo referuntur — /
constaret quod pia M(ate)r Romana Ecclesia p(ro) avis ac pro-
30 avis suis ad veram coniunctionem Corporis Christi / adducendis
fecisset, dixisset, laborasset quae quidem monumenta ut non iis
modo p(ro)dessent qui sup(er)sti/tes sunt certe posteris. Prin-
cipibus annales ^{rp)} suos lecturis ^{rq)} idem efficiant quod populo
Iudeorum / contra impium Ama(n) apud regem Assuerum
35 p(er)fuit. Mardochei beneficium licet innumeratum / in annales
tamen relatum. Nactus est enim occasionem egregiam pater ibi
multas calu(m)nias hinc a Grae/cis illinc ab haereticis recen-
tioribus qui dudum — ut non dormit Sathan — Moscoviae pedem
fixerunt / per summum nefas in Romanam Ecclesiam confictas
40 tacite diluendi multaque come(n)ta ^{rr)} passi(m) de

273 v. ipsius principis severitate audita sub alieno tamen nomine ob oculos illi ponendi, ut si vera sunt / de illis compungeretur. Itemque Calvinistarum et aliorum sectariorum qui ut facilius imponerent prin/cipi et locum in sua ditioe haberent se
5 p(ro) veris Romanis et Catholicis venditarant ^{rs)} frau/des detegendi ac rationes et viam brevem declarandi qua eos a vera S(ancta) Cat(holic)a Ecclesia Romana / internoscere queat demumque ostendendi quam parum differant ipsi a vera nostra religione si / modo sublato schismate obedie(ntia) q(ue) ^{rt)} non Constantinopolitano patriarchatui — qui cum vetere / schismate p(re)ter miserandum sub tyranno ^{ru)} thurcico servitatis ^{rv)} iugum etiam simoniacam pravita/tem copulavit — sed Romano Pontifici vero ut ^{rw)} Christi vicario ac Apostolorum principis successori p(re)/stita et ab omnibus ^{rx)} regibus et principibus Christianis
10 iure servatur, cum illa et ipsi consentire velint. / Omitto reliqua max(imi) ponderis atque momenti negotia quae cum illo principe acta sunt / iussu Pontif(ic)is Max(imi) ne quae arcana adhuc esse dicuntur publica ^{ry)} fiant. Pridie igitur ^{rz)} calendas septemb(ris) ^{sa)} / solita prorsus qua prima vice pompa ac ceremonia vocati sumus ad principem. Eo cum / venissemus, sic ait: Antoni, attulisti nobis a sanctissimo patre Gregorio papa XIII dona sa/lutationem et l(itte)ras, itemque a fr(atr)e nostro Rudolpho Rom(anorum) imp(erat)o(re) illa nobis grata acciderunt l(itte)ras / vero ipsas diligenter p(er)legimus et p(ro)positiones
15 factas attente p(er)pendimus et ad singula re/sponsum tibi dare iussimus per fideles nostros consiliarios magnos viros, Basilium, Gregori filium / Romanum Michaelis filium, Pinol Andreae Soltanow magnum cancellarium Epiphaniu(m) / Demianoph Ioannem Stresgnof — singulos assurgentes ac ad se venientes nominans digi/toque designans — et scito inquit nobis valde gratam fuisse benevolentiam et gr(ati)am Romani / pape sicuti a multis annis e(st) inter nos bona amicitia et volumus illi omnino esse coniuncti p(er)petua / amicitia sicut e nostris responsis intelliges. Praeterea illud quoque scias velim Antoni valde / nobis acceptam fuisse fidem tuam tuamque quam erga nos et in rebus nostris declarasti promptitu/dinem atque illius etiam commendande tu(m) hic tu(m) apud Summum Pontificem meis l(itte)ris p(re)dicendae non imme/mor ero. Cumque pater se iterum paratum esse dixisset ut p(ro) eius salute bonoque sanguinem Deo iuvante / p(ro)fundat, nos ait, tibi fidimus et in omni-

bus tibi credimus et credemus. I nunc cum istis nostris respon/sa
capturus. Itaque ad hipocaustum solitum consilii itum est ubi
per quinque horas simul fuerent / ubique fere ad singula valde
accurate responsum e(st). Et quoniam regem Stephanum Ple-
5 scoviam / iam obsidere ac oppugnare auditum fuerat roga-
ba(n)t ^{sb)} patrem ut convellet excurrere et ^{sc)} pacem istam om-
nino / tractare atque concludere ne christianus sanguis effun-
datur. Pater ad haec omnia Pontificis Max(imi) iussu pa/ratum
se ostendit eoque libentius quo p(re)ter Pontificis Max(imi)
10 mandatum videbat fore ut si Poloniae rex / civitatem illam ca-
peret, que ^{sd)} primaria ^{se)} e(st) et in interiore Mosci ditione sita
benae gerendae Christiane / rei et Catholicæ fidei late in Mosco-
via p(ro)pagandae occasionem offerret. Interea ^{sf)} que forsa(n)
Moscum / novo hoc beneficio devinctum faciliorem se in reditu
15 exhibiturum patri in tractando religionis negotio quod / in illud
tempus delatum erat. His sic tunc transactis tertio vocatur ^{sg)} ad
principem. 4a septe(m)bris ivit cum reliquis / pater na(m) ^{sh)}
mei me morbi domi retinuerunt ^{sl)}; quo a principe animadverso
paulo post missus ad me e(st) nobilis / quidam, qui principis no-
20 mine off(ici)i gr(ati)a sciscitaretur nu(m) in qua re aegro ^{sj)}
m(ih)i opus esset; ac iterum post 2 horas misit / ipsemet suum
ad me visendum doctorem medicum Belgam Grunie(n)se(m);
quod ideo p(re)mittere nolui ut palam fie/ret quantum falsi
si(n)t opinione sua illi q(ui) trepitanter timore ubi non erat
25 timor, obnescio quam veros / de sevitia viri disseminatos rumo-
res ad mortem in Mosco(vi)a appetendam me proficisci omina-
bantur / cum contra princeps ipse adeo non mortis inferendae
cupidum ut vitae ac salutis meae procurandae / solicitu(m) ^{sk)} se
declaraverit. Porro eundi ad principem modus semper idem sem-
30 per eademque caemeroni/a nisi quod cum iam in conspectum
principis venisset pater: sede ait et aliud nihil nam vix assede-
rat / cum monitus est subito ut cum consiliariis se reciperet ad
capienda responsa eorum omnium quae variis / scriptis datis
postulaverat. Ferunt haec caeremoniae vocandi ad se legatos et
35 si illis interdicturus sit ideo / principem uti ut videatur, ipsemet
princeps ex ore suo dicere quae p(er) consiliarios dicit ^{sl)} ac si-
mul ut oste(n)dat ad ^{sm)} / se missis oratoribus non denegare
conspectum. Quod vero ipsemet non respondeat putatur fieri ad
retinen/dam maiorem maiestatem ^{sn)}. Cumque in eo consessu
40 nescio quid difficillimum incidisset, quod consilarii per se / dis-

solvere non auderent retulissentque de eo ad principem, misit ille ^{so}) ad patrem ipsummet coniugis suae p(rim)ae fr(atr)em Miketam

274. Romanowics nomine vir(um) inter aulicos omnes
5 facile principem una cum alio suo itidem intimo / Bagdan Byelsky consiliarorum praesidem, quod et populo toti et pristavis atque adeo et consilia/riis ipsis peperit admirationem auxitque Sedis Apostolicae apud illos existimationem. Praesertim / cum patri ipse magnus princeps per istos de rebus suis omnibus deque ve-
10 teribus actis missis ad / eum authographis scriptorum atque diplomatum archivii sui ut videretur velle tanquam Sedis / Apostolicae visitatori de sua ^{sp}) administratione vassalus aliquis reddere rationem. Summa est eo / usque devenit ille affinis principis, ut eius nomine rogaret patrem ut tanquam senator et con-
15 silia/rius magni ^{sq}) principis nedum Apostolicus ^{sr}) Nuncius diceret illi sententiam suam. Quod et fecit et princi/pem deinde approbasse intellectum ^{ss}) fuit. Post st) id t(em)pus cum nescio quo pacto intellexisset princeps / patrem a Summo Pontifice aliquoties ad Svetiae regem adlegatum fuisse, cepit ille per intimum /
20 proceru(m) suum Andream Beczin saepius in die ad eum missum de pace simul cum Svetiae rege habenda / multa tractare nam et hoc ipsum patri ^{su}) Pontifex Max(imus) mandarata, quo tempore nihil dum de / Nerva ab illo rege capta auditum fuerat, nuncios ^{sv}) enim de ea re p(rimu)m inter Staritiam ^{sw}) Pleschowiamque / obvios habuimus. Parabantur autem interea a magno duce a consilariis ^{sx}) a pristavis a nobis / denique omnia ad abitum necessaria. Et quia oportebat unum e nobis cum scriptis et aliis oralibus / responsis a magno duce datis Romam excurrere ad Pont(ificem) Max(imum), alium item Plescoviam
30 ire / ad regem, alium vero rogabat ipse magnus princeps apud se reliqui ^{sv}) in Moscoviam secum ducendum; / sic demum statum est ut Pater Stephanus Drenorzus, ut qui sanus ac fortis erat frigorisque patientior denique / linguae ob vicinitatem cum sua Slavica et intelligentior et docilior in Moscoviam iret, /
35 ego vero ut semper infirmus frigorumque horum impatiens Romam versus clementiorem auram / proficiscerer ad Pontificem Max(imum); P. vero Possevinus ad utrumque tum regem tum principem / toties ultro citroque comearet, donec pax ista firmaretur et si opus quoque foret ad regem usque / Svetiae pro-

ficisceret(ur). Hoc sic cum principe constituto petiit hac occasione ^{sz}) pater ab illo multa ^{ta}): / videlicet fidem pub(lica)m p(ro) ituris in Moscoviam, Plescoviam Romamque; item ut responderetur / litteris ^{tb}) Pontificis Max(imi), Caesaris et Vene-
5 torum; Summoque Pontifici ut mitteret fidem publicam; / item-
que Venetis non solum pro omnibus sive mercatoribus sive sacerdotibus catholicis quietem ^{tc}) / et locum celebrandi ^{td}) et suos sepeliendi daretur; verum etiam ^{te}) pro quibuscumque legatis vel nun/ciis quos Pont(ifex) Max(imus) non modo ad se, sed et
10 ad Tartaros et Persas — qui omnes sunt / huius principis ditioni finitimi ^{tf}) — mittere vellet; et alia id genus plura quae quidem non / modo liberaliter ille concessit et omnia mecum porto; sed et illud addidit se huiusmodi / legatis vel nunciis non modo liberum transitum per universam Moscoviam regnumque Casa-
15 ni ^{tg}) / et Astracani quae fuere duo Tatarorum th) imperia pridem ^{ti}) a Mosco occupata, verum et / comeatum et comittatum caeteraque necessaria per universam suam ditionem suppeditare / et si Deus dederit illi pacem cum rege Poloniae, se non modo in foedus cum reliquis prin/cipibus christianis adversus
20 hostes nominis christiani venturum sed et p(rimu)m omnium fore / qui ^{tj}) contra Tartaros Praecopenses et Thurcas bellum moveat, gladium distingat.

274 v. Quae quidem omnia praeter alia multa quae cum illo principe transacta/sunt quaeque in reditum patris ad ipsum
25 dilata ea sunt, ut non male cuique / videri debeat collocatum ^{tk}) spatium quattuor hebdomadarum quibus apud illum / fuimus perhumaniter habiti. Interea temporis venit a rege Poloniae / tabellarius unus IX septem(bris) cum l(itte)ris regis ^{tl}) acribus sane ac vehementibus / quibus rex respondebat prolixissimis illis
30 sibi ad Polociam missis. Scripserat / autem rex et Ruthenice et Latine et Polonice. His acceptis princeps / statim sequenti die nos vocat eadem semper pompa et apparatu imus / in conspectu eius nil dicentes, deinde tm) ducimur a senatoribus ad locum consue/-
tum. Ibiq(ue) inter caetera dantur patri nomine principis l(itte)rae
35 latinae regis / quae cum plurimas in eis criminationes contine-
rent, mirum fuit quod ei eas tra / di voluerit cum facile id dissimulare posset. Dantur et ibi responsa ad omnia / quae proposita ^{tn}) fuerant preter quam ad religionis articulum quem in re/ditum patris reycit cum si pax sequatur tranquiliore animo de hiis

rebus agi / poterit.

Haec dum fiant, 12 tandem septembris, nos ad se vocat
iam ^{to}) valedicturus, imus / maiore ad sua ^{tp}) pompa adducti ^{ta})
invenimus illum, novo semper et conspicuo habitu / indutum
5 novaque thiara ornatum ^{tr}). Tum ille, Antoni — inquit surgens
omnes quoque asur/gere ^{ts}) faciens — ibis ad Stephanum regem
illique nostro nomine caput inclina/bis et postquam istam pa-
cem nomine Pont(ificis) Max(imi) pertractaveris; quidquid de/
mum effeceris ad nos revertare ^{tt}) nobis enim semper gratus eris
10 cum propter Pont(ificem)/Max(imum), tum propter te ipsum fi-
delemque tuam operam nobis impensam. Quo dicto, manus / et
ipsi et filio osculatus est pater. Deinde ^{tu}) ad me conversus, et
tu, Paule, inquit, / — surgitque denuo surgentibus omnibus —
Romam ibis ad Pontificem Maximum nostra illi alla/turus ac eius
15 Sanctitati ^{tv}) nostro nomine caput ^{tw}) inclinabis manumque por-
rexerit osculandam. Quibus/ verbis quave coere monia idem pror-
sus fecit ac dixit iunior princeps manum mihi os/culandam po-
rigens; postremo vocato P. Stephano, ait: huc ades tu quoque /
Stephane noster, tu nobiscum eris in Moscovia; et illi dat ma-
20 num caputque demulcens / ait: Antoni, ne dubita hic enim no-
bis eo loco erit ac situ ipse adesses, sicque nos cum / hilari-
tate dimisit ^{tx}); ubi domum pervenimus, invenimus nobis a ma-
gno principe appa/ratum ^{ty}) solle(m)ne convivium in quo gere-
ret omnia ut in caeteris sunt transacta sub finem, / vero ^{tz}) men-
25 se veniunt nobiles gr(ati)am a magno duce afferentes osculenta
et poculenta / plura varii generis, necnon et vasculum vini quod
in ea provincia car(um) ^{ua}) est, et a solo / principe habetur, ab
eoque ut apud nos — chrisma sacrum ^{ub}) — per episcopos disper-
gitur ubi ^{uc}) / mittitur ^{ud}) per universam Moscoviam pro sacrificio
30 altaris proficiendo ^{ue}), atque haec cupiebat / esse pro usu nostro
in castris regiis; nam quod ad iter attinet pristavis cura

275. omnium rerum perficiendarum erat, dare mandata
quod fiebat; magnopere extulit / apud Moscos Pater illam prin-
cipis non tam munificentiam quam solecitudinem et p(ro)viden-
35 tiam, quae non nisi / ab optimo animo proficisci videri poterat.
Nam munificentiam deinde suam ipso vespere eiusdem diei satis /
declaravit cum missis ad nos pristavis omnibus nobisque convoca-
tis, p(rimu)m quod Pont(ifici) Max(imo) p(er)feren/das a me
tradiderunt pelles zebellinorum nobis vero itidem et pelium et pe-

cuniarum sat munifice dona / obtulerunt, tum principis tum filii
nomine; quod cum pater pro ratione instituti nostri acceptare
ea nollet, / monitus est ne id faceret, nimis iniquo animo id latu-
rum principem se suaque contemni pietatem, / verendumque es-
5 se ne quid sinistre ut alias cum quibusdam accidisse ^{ur}) ferunt
ita ^{ue}) quoque nobis eveniret. / Itaque hic ea acceptavit pater, ut
pars viaticis mittendorum cederet, pars in captivorum utrius-
que / partis ^{uh}) redemptionem et aegrotorum ac aegenorum sub-
levatione. Quod cum principis patris nomine propo/situm fuis-
10 set et id liberum eius voluntati ^{ul}) relinquit ^{uj}) et eius pietatem
collaudavit, quanquam bona / illico eius pecuniae pars inter illos
pristavos et alios aulicos ac domesticos famulos, qui nobis assi-
stebant, distracta est, ita ^{uk}) more ^{ul}) gentis obtinente et ipsis
satis importune exigentibus; postridie / mane misit magnus dux-
15 instructos et auro ornatos circiter aequites centum qui nos de-
ducerentur / ac comitarentur **** ^{um}). Discessimus ergo Staritia
die Exaltationis Sanctae Crucis tres / nostrum Plescoviam versus,
amplexatis prius nostris charissimis patre Stephano Drenocio et
fr(atr)e / Michaele Moriano, qui eodem die cum supremo prin-
20 cipis cancellario Moscoviam versus ituri erant. / Cum vero duas
fere hebdomadas ad lacum usque Ilmenium pervenissemus ^{un})
qui quaqua versum / late patet milibus pasuum quadraginta e
quo et Novogardia magna insignis quondam / respub(lica) mul-
tisque populis dominans conspicitur et monasteria quam pluri-
25 ma in illo littore p(ro)/tensa; iamque lacu illo per horas ^{uo})
mani p(er)transito in ea loca venissemus ad quae excursions
et popu/lationes exercitus et Kosakorum ^{up}) fiebant; ibi paratos
ad nostram tutelam invenimus iussu magni / principis missos
Novogardia Tartaros bis mille Moscovitanos cum ipsorum tribu-
30 no Voievodam / vocant christiano qui nos iniussit ^{uq}) et se offi-
ciosissime obtulit. Inde missus est citatis equis Ba/silius alter
interp(re)s noster ad castra Plescoviensia cum l(itte)ris ad re-
gem, ut mitteret ad fines / qui nos ad S. M(aiesta)tem tuto de-
ducerent. Cum vero responsum expectantes ibi quadriduum /
35 haesissemus tunc nos Deus solari voluit primitiis Moschoviae;
interp(re)s enim principis, qui nobi/scum missus fuerat tandem
post multas admonitiones a Rutheno schismate ad catholicam /
fidem perductus est facta generali confessione ^{ur}) et sub una
spe(ci)e co(mmu)nione p(er)cepta; misit illico / rex obviam
40 nobis ducem Alexandrum Prunski Dapifferum Lithwaniae cum

equitibus opti(me) / instructis ducentis; excepti et deducti sumus ab eo humanissime. Accidit in hoc itinere / ut illorum equitum centurio ad currum nostrum accederat et colloquium ambire se declararet; / coepit cum illo multa p(ate)r tandem sciscitatus cuius religionis esset evangelicum se esse p(ro)ffesus ^{us}),

